posse nisi filiū: vel etiā spirītūsanctū: p crea/
turā visibilē humanis oculis apparere: per/
gat in hec scrutanda: si pōt: etiā verbis enūciā
da atq tractāda. Res tñ quantū ad hoc scri/
pture testimoniū attinet: vbi deus cū hoie lo
cutus est: quantū estimo occulta est. Quia ēt
vtru soleret ada corporeis oculis deū vide
re: nō euidenter apparet: cum presertim ma
gna sit questio cuiusmodi oculi eis aperti fue
rint: qñ vetitū cibū gustauerūt. Qui enim an
teq gustassent: clausi erāt. Illud tm̄ non te/
mere dixerim: si paradisum corporalē quen
dā locū: illa scriptura insinuat: deambulare
ibi deū: nisi in aliqua corporea forma: nullo
mō potuisse. Nā ⁊ solas voces factas qs au
diret homo: nec aliquā formam videret: dici
pōt. nec qr scriptu est. Abscondit se adam a Gē.3
facie dñi. ↄtinuo sequit: vt soleret facie eius
videre. Quid si enim: nō quidē videre ipse
poterat: sed videri ipse metuebat: ab eo cui⁹
vocē audierat: ⁊ deambulantis p̄sentiā sen/
serat. Nā ⁊ cayn dixit deo: A facie tua abscō Gē.4
dar me: nec ideo fateri cogimur eū solere cer
nere faciē dei corporeis oculis: in qualibet
forma visibili: q̄uis de facinore suo: vocem
interrogantis secumq loquentis audisset.
Cuiusmodi autem loquela tūc deus exterio
ribus hoiu aurib⁹ insonaret: maxime ad p
mū hoie loquēs: ⁊ inuenire difficile ē: ⁊ non
hoc isto pmone suscepim⁹. Verūtñ si sole vo
ces ⁊ sonitus fiebāt: qbus quedā sensibilis
p̄sentia dei: pmis illis hoibus preberet: cur
ibi psonā dei patris nō intelliga: nescio. qñ
quidē eius psona ostendit. ⁊ in ea voce: cu mat. 17
iesus in monte corā tribus discipulis: p̄ful/
gens apparuit. ⁊ in illa: vbi sup baptizatum Mat.3
columba descēdit. ⁊ in illa vbi ad patrem de
sua clarificatiōe: clamauit: eiq responsu est
Et clarificaui ⁊ iterū clarificabo. Nō qr fie/ Joh.12
ri potuit vox sine opere filij ⁊ spirītussancti:
Trinitas qppe inseparabiliter operatur: sed
quia ea vox facta: est que solius psonā patris

ostēderet. sicut humanā illā formā ex virgi/
ne maria trinitas opata est: sed solius filij ꝑ
sona est. Uisibilē namq; solius filij ꝑsonā:
inuisibilis trinitas opata est. Nec nos aliqd
ꝓhibet: illas voces factas ad adā: nō solū a
trinitate factas: intelligere: s; etiā ꝑsonā de
monstrātis eiusdē trinitatis: accipere. Ibi
enim cogimur: nō nisi patris accipere: vbi
Mat. 3 dictū est. Hic est filius meus dilect⁹. Neq;
enī iesus etiā spūssancti filius: aut etiā suus
filius credi aut intelligi potest. ⁊ vbi sonuit.
Ioh. 12 Et clarificaui ⁊ iterū clarificabo: nō nisi pa/
tris ꝑsonā fatemur. Rūsio q̄ppe est ad illā
Ubi. s̄ dñi vocē: q̄ dixerat. Pater clarifica filium
tuū: qd̄ nō potuit dicere nisi deo patri tantū:
nō ⁊ spirituisancto: cuius nō est filius. Hic
Geñ. 3 autē vbi scriptū ē: ⁊ dixit dñs deus ad adā.
Cur nō ipsa trinitas itelligit̄. nihil dici pōt.
ibidē. 12 Similiter etiā qd̄ scriptum ē. ⁊ dixit dñs ad
abraā: exi de terra tua: ⁊ de cognatiōe tua: ⁊
de domo patris tui: nō ē aptū: vtrū sola vox
facta sit ad aures abrae. an ⁊ aliqd oculis ei⁹
apparuerit. Paulopost autē aliquāto apti⁹
Ibidē dictū est. Et visus est dñs abrae: ⁊ dixit illi.
Semini tuo dabo terrā hanc. Sed nec ibi
expressum est: in qua specie visus sit ei dñs:
aut vtrū pater: an filius: an spiritussanct⁹:
visus sit. Nisi forte ideo putāt filiū visū ee
abrae: q2 nō scriptū est: visus est ei deus: s;
visus est ei dñs. Tanq̄ enim ꝓprie videt̄ fi
lius dñs: vocari: dicente apostolo. Nam ⁊ si
j Cō. 8 sunt qui dicunt̄ dij: siue in celo: siue in terra:
sicuti sunt dij multi: ⁊ domini multi. nobis
tñ vn⁹ deus: pr̄ ex quo oia: ⁊ nos in ipso. et
vnus dñs iesus xp̄s: ꝑ quē oia ⁊ nos ꝑ ipm̄.
Sed ⁊ cū deus pater multis locis inueniat̄
dictus dñs: sicuti est illud. Dñs dixit ad me
Ps̄. 2 filius meus es: tu ego hodie genui te: ⁊ illd̄
ps̄. 109 Dixit dñs dño meo: sede a dextris meis.
Cū etiā spūssc̄us dñs dictus inueniatur. vbi
j Cor. 3 apl's ait. Dñs aūt spūs ē. Et ne q̄sq̄ arbitre
tur filiū significatū: ⁊ iō dictū spiritū ꝓpter i
corporeā substātiā: secutus cōtexuit. Ubi āt
Ibidē spūs dñi: ibi libertas. Spiritū aūt dñi nemo
esse dubitauerit spiritumsanctū. Neq; hic
ḡ euidenter apparet: vtrū aliqua ex trinita/
te ꝑsona: an deus ipsa trinitas. de quo vno
Dan. 6 deo dictū est. Dñm deū tuū adorabis: ⁊ il/
li soli seruies: visus fuerit abrae. Sub ilice
Gē. 18 autē mābre: tres viros vidit: quibus ⁊ in/
uitatis hospitioq; susceptis ⁊ epulantib⁹: mi
nistrauit. Sic tñ scriptura illā rē gestam nar
rare cepit: vt non dicat: visi sunt ei tres viri:
sed visus est ei dñs. Atq; inde cōsequenter
exponens: quō ei sit visus dñs: attexit narra
tionem de tribus viris: quos abraā ꝑ plura
lē numerū inuitat: vt hospitio suscipiat: et
postea singulariter sicut vnū alloquit̄. Et si/
cut vnus ei de sara filiū pollicet̄: quē dñm di
cit scriptura: sicut in eiusdē narrationis exor
dio. Uisus ē inq̄t dñs abrae. Inuitat ergo
⁊ pedes lauat: ⁊ deducit abeuntes tanq̄ ho/
mines. Loquit̄ autē tanq̄ cū dño deo: siue
cum ei promittit̄ filios: siue cum ei sodome
imminens interitus indicat̄.

De tribus viris abrae visis cum quibus si
cut cum domino loquitur.

Capitulum. xi.

Non paruā neq; trāsitoriā ꝯsideratio
nem postulat iste scripture locus. Si
enī vnus visus fuisset: iā illi qui di/
cunt: ⁊ priusq̄ de virgine nasceret̄ ꝑ suā sub
stātiā visibilē filiū: qd aliud q̄ ipm esse cla/
marēt: qm̄ de patre inquiūt dictū ē. Inuisi/
bili soli deo. Et tñ possem adhuc q̄rere: quō
añ susceptā carnē: habitu est inuentus vt hō
qñ quidē ei pedes loti sunt: ⁊ humanis epu/
lis epulatus est. Quō istud fieri poterat: cū
adhuc in forma dei esset: nō rapinā arbitra/
tus esse eq̄lis deo. Nunqd enī iā semetipm
exinaniuerat: formā accipiēs in similitudinē
hoium factus: ⁊ habitu inuent⁹ vt hō. Cū
hoc qñ fecerit ꝑ partū virginis nouerimus.
Quō igit̄ añq̄ hoc fecisset: vt vir vnus ap/
paruit abrae. an illa forma vera nō erat. Pos
sē ista q̄rere: si vir vnus apparuisset abrae:
idēq; dei fili⁹ crederet̄. Cū vero tres viri vi
si sunt: nec q̄sq̄ in eis vel forme vel etate vel
potestate maior ceteris dictus est: cur nō hic
accipiamus visibiliter insinuatā ꝑ creaturā
visibilē trinitatis equalitatem: atq; in trib⁹
ꝑsonis vnā eandēq; substantiā. Nā ne q̄s
putaret sic intimatum vnum in tribus fuisse
maiorē: vt cū dñm dei filiū intelligendū:
duos aūt alios angelos eius. quia cū tres vi
si sint: vni dño illic loquit̄ abraā: sancta scri
ptura futuris talibus cogitationibus ⁊ opi/
nionibus ꝯtradicēdo: nō preterm̄it occur
rere: quando paulopost duos angelos dicit
venisse ad loth: in quibus ⁊ ille vir iustus q Gē. 19

de sodomoꝝ incendio meruit liberari: ad
vnum dñm loquitur. Sic enim scriptura lo
Ge.18 quit dicens: Abijt aũt dñs postꝗ̃ cessauit lo
qui ad abraam: ⁊ abraam reuersus est ad lo
cum suum.

De duobus angelis qui in humana forma apparuerunt loth: ⁊ in quibus dominus singulariter appellatur.

Capitulum. xij.

Ge.19 Venerũt autẽ duo angeli in sodomis
vespe. Hic aũt attẽtiꝰ ꝯsiderãdũ est
Ge.18 qđ ostendere institui. Cuȝ tribꝰ cer/
te loquebat̃ abraã: ⁊ euȝ dñm singularit̃ ap/
pellauit. Forte inquiet aliqs: vnum ex tribꝰ
agnoscebat dñm: alios autẽ duos angelos
eius. Quid sibi ģ vult ꝙ ꝯseq̃nter dicat scri/
Ge.18 ptura. Abijt aũt dñs postꝗ̃ cessauit loquẽs
ad abraã: ⁊ abraaȝ reuersus est ad locũ suũ.
Ibid. 19 Venerũt autẽ duo angeli in sodomis vespe
re. An forte ille vnus abscesserat: q dominꝰ
agnoscebat̃ in tribus: ⁊ duos angelos q cuȝ
illo erant ad consumendam sodomam mise/
rat. Ergo sequentia videamus. Venerunt
Ibi. s iquit duo angeli in sodomis vespere. Loth
autẽ sedebat ad portam sodomoruȝ. Et cuȝ
vidisset eos loth: surrexit in obuiam illis: et
adorauit in faciem super terram ⁊ dixit. Ec
ce dñi: diuertite in domũ pueri vestri. Hic
manifestuȝ est ⁊ duos angelos fuisse: ⁊ ho
spitio pluraliter inuitatos: ⁊ honorifice ap/
pellatos dños: cum fortasse hoĩes putarent̃
Sed rursuȝ mouet: qꝛ nisi angeli dei cogno
scerent̃: nõ adoraret loth in faciem sup ter/
ram. Cur ergo tanꝗ̃ tali humanitate indigẽ/
tibus: ⁊ hospitium prebetur ⁊ victus. Sed
quodlibet hic lateat: illud nunc quod suscepi
mus exequamur. Duo apparẽt: angeli am
bo dicuntur: pluraliter inuitantur. Tanquã
cum duobus pluraliter loquit̃: donec exea/
tur a sodomis. Deinde sequitur scriptura:
Ibideȝ ⁊ dicit. Et factum est postꝗ̃ eos eduxerunt
foras: dixerunt. Saluans salua animam tu
am ne respexeris retro: neqȝ stes in hac vni
uersa regione. In montem vade: ⁊ ibi sal/
uaueris: ne forte cõprehendaris. Dixit aũt
loth ad eos. Rogo dñe: qm̃ inuenit puer tuꝰ
ante te misericordiã. et cetera. Quid est hoc
quod dixit ad eos. Rogo domine: si iam il/
le discesserat qui dominus erat: ⁊ angelos
Ge.19 miserat. Cur dicit̃: rogo dñe: ⁊ nõ rogo do

mini. Aut si vnum ex eis voluit appella/
re: cur aũt scriptura: Dixit autẽ loth ad eos: Ibideȝ
rogo domine. quoniam inuenit puer tuus
ante te misericordiam: an ⁊ hic intelligimus
in plurali numero duas personas. Cũ autẽ
ijdẽ duo tanꝗ̃ vnꝰ cõpellant̃ vniꝰ substãtie
vnũ dñm deuȝ: sed quas duas psonas hic i/
telligimus: an patris ⁊ filij: an patris ⁊ spiri
tussancti: an filij ⁊ spiritussancti. Hoc for/
te ꝯgruentius qđ vltimũ dixi. Missos eniȝ
se dixerũt: quod de filio ⁊ de spiritusancto di
cimus. Nam patrem missum nusꝗ̃ scriptu
rarum nobis occurrit.

De visione moysi qui deuȝ vidit in oreb. p ignem in rubo. Ca. xiij.

Moyses autem qñ ad populũ israel ex
egypto educendum missus est: sic ei
dominũ apparuisse scriptũ est. Pa/ Exo. 3
scebat inquit oues iethro soceri sui sacerdotis
madian: ⁊ egit oues in desertum: ⁊ venit in
montem dei oreb. Apparuit autem illi ange
lus dñi in flãma ignis de rubo. Et vidit qꝛ
in rubo ignis arderet: rubus ꝟo nõ cõbu/
rebat̃: ait moyses. Ibo ⁊ videbo visuȝ istđ:
qđ tã magnũ vidi: qm̃ nõ cõburit̃ rubꝰ. Cũ
ģ vidit dñs qꝛ venit videre: clamauit ad euȝ
dñs de rubro dicẽs. Ego suȝ deus pr̃is tui:
deus abraã: ⁊ deꝰ isaac: ⁊ deus iacob. Et h̃
p̃mo angelus dñi dictus ẽ: deinde deꝰ. Nũ
qd ģ angelꝰ ẽ deus abraã: ⁊ deꝰ isaac: ⁊ deꝰ
iacob. Põt ģ recte itelligi ip̃e saluator: de q̃
dicit apl's. Quoꝝ pr̃es: ⁊ ex qbus xp̃s scđꝫ Ro. 9.
carnẽ: q est sup oĩa deus bñdictus in secula.
Qui ģ sup oĩa est deus bñdictꝰ in sec'la: non
absurde etiã hic ipse intelligit̃ deus abraã: ⁊
deus isaac: ⁊ deus iacob. Sȝ cur p̃us ange/
lus dñi dictus ẽ: cũ de rubo in flãma ignis
appuit: vtrũ qꝛ vnꝰ ex multis angel' erat: sȝ
p dispẽsationẽ psonã dñi sui gerebat: an as/
sumptũ erat aliqd creature: qđ ad p̃sens ne/
gociũ visibiliter appareret: ⁊ vñ voces sensi
biliter ederent̃: qbꝰ p̃sentia dñi p subiectam
creaturã corpeis etiã sensibꝰ hoĩs sicut opte
bat exhiberet̃. Si eniȝ vnꝰ ⁊ angel' erat: qs
facile affirmare possit vtrũ ei filij psona nun
ciãda imposita fuerit: an spũssancti: an dei pa
tris: an ipsius oĩno trinitatis: q ẽ vnus ⁊ so
lus deus: vt diceret: ego sum deus abraã: ⁊ Exo. 3
deus isaac: ⁊ deus iacob. Neqȝ enim pos/
sumus dicere deum abraam: ⁊ deum isaac:

τ deū iacob: filiū dei esse. τ prē; nō esse: aut spiritūsanctū: aut ipa; trinitatē quā credim⁹ τ itelligim⁹ vnū deū. Audebit aliqs negare deū abraā: τ deū isaac: τ deū iacob: Ille eni nō est illoꝝ patrū deus q nō ē deus. Porro si nō solū pr̄ deus ē: sicut oēs etiā heretici
Ro.9. ꝯcedūt: s; etiā fili⁹: qđ velint nolint cogunt
j Cor.6 fateri: dicēte aplo: q ē sup̄ oia deus bn̄dictus
Ibidē; in secla: τ spūs scūs: dicēte ipo aplo: clarifica te ḡ deū in corpe vr̄o: cū sup̄ diceret: nescitis qm̄ corpa vestra tēplū i vobis est spūssancti: quē habetis a deo: τ hi tres vn⁹ deus: sicut catholica sanitas credit: nō satis elucet qua; in trinitate psonā: τ vtrū aliquā: an ipus trinitatis gerebat ille angel⁹: si vn⁹ ex ceteris angel erat. Si aūt in vsu; rei p̄sentis assumpta creatura est: q̄ τ humanis oculis appæret τ aurib⁹ isonaret: τ appellaret angel⁹ dn̄i: τ τ dn̄s τ deus: nō pōt h̄ deus pr̄ intelligi: sed
Joh.16 aut fili⁹: aut spūscūs: q̄q; spūmsctm̄ alicubi angelū dictū nō recolā: sed ex ope possit itelligi. Dictū eni; de illo est: q̄ vētura sunt ānū
Esa.9. ciabit vobis. Et vtiq; angelus grece: latine nūcius interp̄tat. De dn̄o aūt iesu xp̄o eui dētissime legimus apud ꝓphetas. ꝙ magni consilij angelus dictus sit: cum τ spiritussan ctus: τ dei filius sit deus τ dn̄s angeloꝝ.
Exo.13 De apparitione dei in exitu israel de egypte. Capi. xiiij.

T Ē in exitu israel de egypto scriptū ē. Deus aūt p̄ibat illos: die qdē i colūna nubis τ ōndebat illis viā. nocte āt i colūna ignis: τ n̄ deficiebat colūna nubis die: τ colūna ignis nocte an̄ pplm. Quis τ h̄ dubitet p subiectā creaturā eādē q; corpeā n̄ p suā substātiā deū oclis appuisse mortaliū
Ibi.16 s; vtrū prē;: an filiū: an spūmscm̄: an ipa; trinitaē vnū deū sil'r nō apparet. Nec ibi h̄ distiguit q̄ntū existimo: vbi scriptū ē. Et maiestas dn̄i appuit i nube τ locut⁹ ē dn̄s ad moysen dicēs: exaudiui murmur filioꝝ isrl'. τc.

De his que diuinitus gesta sunt in monte syna. Ca. xv.

Exo.19 I Am vero de nubib⁹ τ vocibus τ fulgorib⁹ τ tuba τ fumo in monte syna cū diceret. Syna aūt mōs fumabat tot⁹: ꝓpterea q descēdisset deus i igne in eū τ ascēdebat fum⁹ tāq; fum⁹ fornacis τ mēte ꝯfusus ē ois ppl's vehemēter: fiebāt aūt voces tube ꝓcedentes fortit valde. Moyses loquebat. τ deus rn̄debat ei voce. Et paulo post data lege i decē p̄ceptis ꝯsequent dr̄: τ ois ppl's videbat voces τ lāpades τ voces tube τ mōtē fumātē. Et paulop⁹. Et stabat ingt ois ppl's a lōge. Moyses āt itrauit i nebulā vbi erat deus: τ dixit dn̄s ad moysen τc. Quid hinc dicā: nisi ꝙ nemo tā vecors ē: q credat fumū ignē: nubes τ nebula; τ si q̄ sunt hmōi. Vbi τ sapiētie dei qđ ē xp̄s: vl' spūsscti esse substātiā. Nā de p̄re deo: nec arriani h̄ vnq; ausi sunt dicere. Ergo creatura suiēte creatori facta sunt illa oia τ humanis sensib⁹ ꝑ dispēsatione cōgrua p̄sentata. nisi forte qꝛ dictū est: moyses aūt intrauit in nebulā vbi erat deus: hoc arbitrabit carnalis cogitatio a pplo qdē nebulā visa;. intra nebulā vo moysen oculis carneis vidisse filiū dei. quē delirātes heretici in sua substātia visu; volūt. Sane viderit cū moyses oculis carneis: si oculis carneis pōt videri: nō mō sapiētia dei qđ ē xp̄s: s; vl' ipsa cuiuslibet hois τ q̄liscūq; sapiētis. Aut qꝛ scriptū ē de seniorib⁹ israel: qꝛ viderūt locū vbi steterat deus israel: τ qꝛ sub pedib⁹ eius tanq; opus lapidis sapphyri: τ tanq; aspect⁹ firmamēti celi. Propterea credēdū ē vbū τ sapiētiā dei p suā substātiā i spacio loci terreni stetisse: q̄ ptendit a fine vsq; ad finē fortit: τ disponit oia suauiter: τ ita esse mutabile verbū dei: p quod facta sunt oia: vt mō se ꝯhat: mō distēdat. Mūdet dn̄s a talib⁹ cogitatōib⁹ corda infideliū suoꝝ: sed p subiectā: vt sepe diximus: creatura; exhibent hec oia visibilia τ sensibilia: ad significandū inuisibilē atq; intelligibilē deū: nō solū patrē: sed τ filiū: τ spiritumsanctu;: ex quo omnia: p quē omnia: in quo oia: quāuis inuisibilia dei a creatura mundi: p ea que facta sunt intellecta cōspiciantur: sempiterna quoq; virtus eius τ diuinitas. Sed quod attinet ad id qđ nunc suscepimus: nec in monte syna video quēadmodu; appareat p illa oia que mortaliū sensibus terribiliter ostendebant: vtrū deus trinitas: an pater: an filius: an spūssanctus ꝓprie loquebat. Verūtn̄ si qd hinc sine affirmādi temeritate modeste atq; cunctanter cōiectare cōcedit: si vna ex trinitate persona potest intelligi: cur nō spiritūsanctū potius intelligimus: quādo τ tabulis lapideis: lex ipa que ibi data est: digito dei scripta esse dicit:

quo noīe spiritūsanctū i euāgelio significari nouim⁹. Et qnquaginta dies numerant̄ ab occisiōe agni ⁊ celebratiōe pasce vsqꝫ ad diē quo hec fieri cepta sunt in mōte syna. Sicut post dñi passionē: ab eius resurrectiōe quinquaginta dies numerant̄: vt venit ꝓmissus a filio dei spūſcūs. Et in ipso eius aduentu
Act. 2 quē in aplo꜡ actibus legimus: p diuisionē linguaꝝ ignis apparuit: qui ⁊ insedit super vnū quēqꝫ coꝝ. Qd̄ exodo ꝯgruit: vbi scri
Exo. 19 ptū est. Syna aūt mōs fumabat totus: ꝓpterea ꝙ descēdit in cū deus in igne. Et aliquāto post. Aspectus ingt maiestatis dñi: tanqꝫ ignis ardens sup verticē montis corā filijs israel. Aut si hec ideo facta sunt: qꝛ nec pater nec filius illic eo modo p̄sentari poterāt sine spūſcō: quo ipsaꝫ legē scribi oportebat. Deū quidē nō p substātiā suaꝫ que inuisibilis ⁊ incōtumabilis manet: sed per illam speciē creature illic apparuisse cognoscimus. Sed aliquam ex trinitate personam signo quodaꝫ ꝓprio quantum ad mei capacitatem sensus ꝑtinet: non videmus.

Vtrum deus per suā substantiam. Moysi apparuerit: an per visibilem creaturam.

Capitulum. xvi.

Et etiā quo moueri pleriqꝫ solent: qꝛ
Exo. 33 scriptum est. Et locutus est dñs ad Moysen facie ad faciēꝫ: sicut qs loquitur ad amicū suū cuꝫ paulopost dicat idem. Moyses. Si ergo inueni grāꝫ añ te: ostēde mihi temetipsuꝫ manifeste: vt videaꝫ te: vt sim inueniēs gratiā ante te: ⁊ vt sciaꝫ: qꝛ po
Ibidē pulus tuus ē gens hec. Et paulopost iterū. Dixitqꝫ Moyses ad dñm. Ostende mihi maiestatē tuam. Quid est hoc ꝙ in oībus q̄ supra fiebāt: deus videri per suā substantiā putabat̄. Vñ a miseris creditus est: nō per creaturā: sed p seipꝫ visibilis filius dei: ⁊ ꝙ intrauerat in nebulā Moyses ad hoc intrasse videbat̄: vt oculis quidē populi ostēderet̄ caligo nebulosa: ille aūt intus vba dei tanqꝫ
Ibidē eius faciē ꝯtēplatus audiret. Et quō dictuꝫ est. Locutus est dñs ad Moysen facie ad
Ibi. 5 faciē: sicut qs loquit̄ ad amicū suū. Ecce ideꝫ dicit. Si inueni gratiā ante te: ostende mihi temetipsum manifeste. Nouerat vtiqꝫ quod corporaliter videbat: ⁊ verā visionē dei spiritaliter requirebat. Locutio quippe illa que fiebat in vocibus sic modificabat̄: tanqꝫ eēt amici loquētis ad amicū. Sed deuꝫ patrem
qs corporeis oculis videt. Et in principio Ioh. 1.
erat verbuꝫ: ⁊ verbū erat apud deū: ⁊ deus
erat verbuꝫ. p qd̄ facta sunt oīa: quis corpo Ibidē
reis oculis videt. ⁊ spiritū sapiētie: quis corporeis oculis videt. Quid est autem. Ostē
de mihi temetipsum manifeste vt videam te: Exo. 33
nisi ostēde mihi substantiā tuaꝫ. Hoc autēꝫ si nō dixisset Moyses: vtcūqꝫ ferēdi essent stulti: qui putant p ea que supradicta vel gesta sunt: substantiā dei oculis eius fuisse cōspicuā. Cum vero hic apertissime demōstretur: nec desiderāti hoc fuisse cōcessum: quis audeat dicere p similes formas q̄ huic quoqꝫ visibiliter apparuerant: non creaturam deo seruientē: sed hoc ipsuꝫ qd̄ deus est cuiusqꝫ oculis apparuisse mortaliū. Et hoc qdē qd̄
postea dñs dicit ad Moysen. Non poteris Ibidē
videre faciē meā: ⁊ viuere. Non enim videbit hō faciē meā ⁊ viuet. Et ait dñs. Ec
ce locus penes me est: ⁊ stabis super petraꝫ Ibidē
statim vt trāsibit mea maiestas: ⁊ ponam te
in specula petre: ⁊ tegā manū meam sup te: Ibi. 5
donec transeā: ⁊ auferaꝫ manuꝫ meā: ⁊ tūc videbis posteriora mea: nā facies mea non apparebit tibi.

Qd̄ ex ꝑsona dñi Iesu dicta itelligēda sint. Moysi: ponam te super petram: ⁊ auferam manum meam: ⁊ posteriora mea videbis.

Ca. xvij.

Non incōgruenter ex persona domini nostri Iesu xp̄i p̄figuratū solet intelligi: vt posteriora eius accipiat̄ carο eius in qua de virgine natus est: ⁊ mortuus ⁊ resurrexit: siue ꝓpter posterioritateꝫ mortalitatis posteriora dicta sint: siue ꝙ eaꝫ prope finem seculi: hoc est posterius suscipe
re dignatus est. Facies aūt eius illa dei for Phi. 2
ma: in qua rapinā arbitrat̄ esse equalis deo pr̄i: quā nemo vtiqꝫ pōt videre ⁊ viuere: siue qꝛ post hanc vitā in qua peregrinamur a
dño: ⁊ vbi corpus qd̄ corrūpit̄ aggrauat ani Sap. 9
mā: videbimus facie ad faciē: sicut dic̄ apl's. 1 Co. 13
De hac enī vita in psalmo dicit̄. Verumtñ Ps. 38.
vniuersa vanitas omnis homo viuēs. Et
iterū. Qm̄ nō iustificabit̄ in conspectu tuo Ps. 142
omnis viuēs. In qua vita etiaꝫ ſm̄ Iohānē: nōduꝫ apparuit quod erimus. Scimus aūt inquit qꝛ cuꝫ apparuit: similes ei erimus qm̄ videbimus eum sicuti est. Quod vtiqꝫ 1 Ioh. 3

post hanc vitā intelligi voluit: cū mortis de
bitū soluerimus: ⁊ resurrectiōis promissum
receperimus. Siue quod etiā nūc inquātū
dei sapiētiā p quā facta sunt oīa: spiritaliter
intelligimus: in tm̄ carnalibus affectib⁹ mo
rimur: vt mortuū nobis hunc mundū depu
tātes: nosq3 ipi huic mūdo moriamur: ⁊ di
Gal. 6 camus qđ ait apl's. Mūdus mihi crucifix⁹
Colo. 2 ē: ⁊ ego mūdo. De hac eni3 morte: iterū di
cit. Si autem mortui estis cū xp̄o: quid ad
huc velut viuētes de hoc mūdo decernitis.
Nō ergo imerito: nemo potest facie3. id est
ipsa3 manifestationē sapiētie dei videre ⁊ vi
uere. Ipsa eni3 est species: cui cōtemplāde
mat. 22 suspirat omnis q affectat deū diligere ex toto
corde: ⁊ ex tota aīa: ⁊ ex tota mēte. Ad qua3
cōtemplandā etiā ꝓximū quātū potest edifi
cat: q diligit ⁊ ꝓximū sicut seipsum. In qui
Ibidem bus duobus p̄ceptis: tota lex pēdet ⁊ ꝓphe
te. Qđ significat etiā in ipso moyse. Nā cū
dixisset ꝓpter dilectionem dei qua precipue
Exo. 33 flagrabat. Si inueni gratiā in cōspectu tuo:
ostende mihi teipsu3 manifeste: vt sim in
ueniens gratiā ante te: continuo ꝓpter dilec
ctionem etiam proximi subiecit atq3 ait. Et
vt sciā q2 apl's tuus est gens hec. Illa est er
go species que rapit omnē animā rationalē
desiderio sui: tanto ardētiore3: quanto mun
diorē: ⁊ tanto mundiorē: quāto ad spiritalia
2 Co. 5 resurgēte3. Tanto aūt ad spiritalia resurgen
tē: quāto a carnalibus morientē. Sed dum
peregrinamur a dn̄o: ⁊ p fidē ambulamus:
nō p speciē: posteriora xp̄i: hoc est carnē per
ipsam fidem videre debemus. id est in soli
do fidei fundamento stantes: qđ significat
mat. 16 petra: ⁊ eā de tali tutissima specula intuētes:
in catholica scilicet ecclesia. de qua dictū est.
Super hanc petram edificabo ecclesiā meā.
Tanto eni3 certius diligimus: quāto vide
re desideramus faciē xp̄i: quā tanto in poste
rioribus suis agnoscimus: quāto nos prior
dilexerit xp̄s. S3 in ipsa carne: fides resur
Ro. 10 rectionis eius saluos facit atq3 iustificat. Si
eni3 credideris inquit in corde tuo: q2 illum
deus suscitauit a mortuis: salu⁹ eris. Et ite
Ro. 4 rum. Qui traditus est inquit ꝓpter delicta
nostra: ⁊ resurrexit ꝓpter iustificatione3 no
strā: ideoq3 resurrectio corporis dn̄i ē meri
tu3 fidei nostre. Nam mortuā esse illā carnē
in cruce passionis: etia3 inimici eius credūt:

sed resurrexisse non credunt. Quod firmis
sime nos credētes: tanq3 de petre soliditate
ꝯtuemur: vnde certa spe adoptionē expecta
mus: redemptionē corporis nostri: q2 hoc
in mēbris xp̄i speramus: que nosipsi sum⁹:
qđ pfectū esse in ipso tanq3 in capite nostro
fidei sanitate cognoscimus. Inde non vult Exo.
nisi cū transierit videri posteriora sua: vt in
eius resurrectionē credat. Pasca enim he
breū verbu3 dicit: qđ trāsitū interpretamur
Vn̄ ⁊ Johānes euāgelista dicit. Ante die3 Joh.
festū pasce: sciēs Jesus q2 venit eius hora:
vt transeat ex hoc mūdo ad patrē. Hoc autē
q credūt: nec tm̄ in catholica fide se3 in scis
mate aliquo: aut in heresi credunt: nō de lo
co qui est penes eum vident posteriora dn̄i. Exo.
Quid eni3 sibi vult qđ ait dn̄s. Ecce locus
est penes me: ⁊ stabis sup petrā. Quis loc⁹
terrenus est penes dn̄m: nisi hoc est penes
cū qđ eū spiritaliter attingit. Nā quis locus Sap.
nō est penes dn̄m. qui attingit a fine vsq3 ad
finē fortiter: ⁊ disponit oīa suauiter. Et cui⁹ Esa.
dictū est. Celū mihi sedes est: ⁊ terra scabel Mal.
lū pedū eius. Et qui dixit. Quā domū edifi Esa.
cabitis mihi: aut quis locus quietis mee: nō
ne manus mea fecit hec oia. Sed videlicet
intelligit locus penes eu3 in quo stat sup pe
trā: ipsa ecclesia catholica: vbi salubriter vi
det pasca dn̄i. id est transitū dn̄i: ⁊ posteriora
eius id est corpus eius qui credit in resurre
ctionē eius. Et stabis inquit sup petram: sta Exo.
tim vt transiet mea maiestas. Reuera enim
statim vt transijt maiestas dn̄i in clarificatio
ne dn̄i: qua resurgens ascendit ad patrē soli
dati sumus super petram. Et ipse Petrus
tunc solidatus est: vt cum fiducia predicaret
quē priusq3 esset solidatus: ter timore nega mat.
uerat: iam quidē predestinatione positus in
specula petre: sed adhuc manu dn̄i sibi super
posita ne videret. Posteriora enim eius vi
surus erat: ⁊ nondum ille transierat vtiq3 a
morte ad vitā: nondu3 resurrectione clarifi
catus erat. Nam ⁊ qđ sequit in exodo: ⁊ di Exo.
cit. Tegā manū meā sup te: donec transea3:
⁊ auferā manū meā: ⁊ tūc videbis posterio
ra mea. Multi israelite quoru3 tunc figura
erat moyses: post resurrectionē dn̄i credide
runt in eū: tanq3 iā videtes posteriora eius
remota manu eius ab oculis suis. Vnde ⁊
Esaie tale3 ꝓphetiam euāgelista commemo Esa.

mat.13. rat: Incrassa coꝛ ꝑplī huiꝰ: ⁊ aures eoꝝ op
pila: ⁊ oculos eoꝝ graua. Deniq̄ȝ i psalmo
nō absurde intelligit̄ ex eoꝝ ꝑsona dici. Q̄m
Ps̄. 31 die ac nocte grauata est sup̄ me manus tua.
Dic foꝛtasse cū manifesta miracula faceret:
nec ab eis agnosceret̄. Nocte aūt cū in passio
ne moꝛeret̄: q̄n certius putauerūt sicut quē li
bet hoīem ꝑemptū ⁊ extinctū. Sed q̄m cum
trāsisset vt eius posterioꝛa viderent̄: ꝑ̄dican
te sibi apostolo petro: q̄ꝛ opoꝛtebat xp̄m pati
Act. 2 ⁊ resurgere: cōpuncti sunt doloꝛe penitētie:
vt fieret i baptizatis: q̄ꝺ in capite psalmi ꝺr̄.
Beati quoꝝ remisse sunt iniq̄tates ⁊ quoꝛuȝ
Ps̄. 31 tecta sunt pctā. Propterea cū dictum esset.
Grauata est sup̄ me manus tua: tanq̄ȝ dn̄o
Ibideȝ trāseunte: vt iam remoueret manum ⁊ vide
rent̄ posterioꝛa eius. sequit̄ vos dolentis et
cōfitentis: ⁊ ex fide resurrectiōis dn̄i pctōꝝ
remissionē accipiētis. Cōuersus suȝ inq̄t in
Ibideȝ erūna mea dum infigeret̄ spina. Peccatum
meuȝ cognoui: ⁊ in iustitiam meaȝ nō opui.
Dixi ꝓnūciabo aduersuȝ me iniustitiā meā
dn̄o: ⁊ tu remisisti impietatem peccati mei.
Neq̄ȝ eniȝ tanto carnis nubilo debemus in
uolui: vt putemus faciē q̄deȝ dn̄i esse inuisi
bilē: doꝛsum vero visibile: q̄n quideȝ in foꝛ
ma serui vtrūq̄ȝ visibiliter apparuit. In foꝛ
ma auteȝ dei absit vt tale aliq̄d cogitet̄. Ab
sit vt v̄bū dei ⁊ sapiētia dei ex vna p̄te habe
at faciē: ex alia doꝛsuȝ sicut coꝛpꝰ humanuȝ.
aut oīno vlla specie vel motione: siue loco:
siue tp̄e cōmutet̄. Quapꝛopt̄ si in illis voci
bus q̄ fiebāt i exodo: ⁊ illis oībꝰ coꝛꝑalibus
demōstratiōibꝰ dn̄s iesus xp̄s ostendebat̄.
aut alias xp̄s sicut loci huiꝰ ꝯsideratio ꝑsua
det. al̄s spūssctūs: sicut ea q̄ supꝛa diximꝰ ad
monēt: nō h̄ efficit̄ vt deus pr̄ nūq̄ȝ tali aliq̄
speciē prībꝰ visus sit. Multa eniȝ talia visa
facta sunt illis tp̄ibꝰ nō euidēter noīato ⁊ de
signato i eis vl̄ pr̄e: vl̄ filio: vl̄ spūsctō: sȝ tn̄
ꝑ q̄sdā valde ꝓbabiles significatiōes nōnul
lis inditijs existētibus: vt nimis temerariū
sit dicere: deū patrē nunq̄ȝ prībus aut ꝓphe
tis ꝑ aliq̄s visibiles foꝛmas appuisse. Hāc
eniȝ opinionē illi peperūt: q nō potuerunt in
vnitate trinitatis itelligere q̄ꝺ dictū est: Re
gi aūt secl̄oꝝ imoꝛtali inuisibili soli deo: ⁊ quē
i Thi. j nemo hoīum vidit: nec videre pōt. Q̄ꝺ de
ibūē. 6 ip̄a substātia sūma sūmeq̄ȝ diuina ⁊ icōmuta
bili: vbi ⁊ pr̄ ⁊ filiꝰ ⁊ spūsctūs: vnus ⁊ solus
deus ꝑ sanā fidē intelligit̄. Visiones autem
ille ꝑ creaturā cōmutabilem deo incōmuta
bili subditam facte sunt: non pꝛopꝛie sicut est
sed significatiue: sicut pꝛo rerum causis ⁊ tē
poꝛibus opoꝛtuit ostendentes deum.
De visiōe Danielis in qua illi ⁊ pr̄is ⁊ filij
ꝑsona apparuit i specie coꝛꝑali.

Ca. xviij.

q Uāq̄ȝ nescio quēadmodū isti intelli
gant q̄ꝺ danieli apparuit antiquꝰ die
rū a q̄ filiꝰ hoīs q̄ꝺ ꝓpter nos esse di
gnatus ē accepisse itelligit̄ regnū: ab illo. s. q̄
ei dicit in psalmo. Filiꝰ meus es tu: ego ho Ps̄. 2
die genui te: postula me ⁊ dabo tibi gentes
hereditatē tuā: ⁊ q oīa subiecit sub pedibus
eius. Si ḡ danieli: ⁊ pr̄ dās regnū: ⁊ filius
accipiēs: apparuerūt i specie coꝛpoꝛali: quō
isti dicūt: patrē nunq̄ȝ visuȝ esse ꝓphetis: ⁊
iō solum debere intelligi inuisibē quē nemo j Thi. 6
hoīuȝ vidit nec videre pōt. Ita eniȝ narra
uit daniel: Aspiciebā inq̄t donec thꝛoni posi Dan̄. 7
ti sunt: ⁊ vetustus dieꝝ sedebat: ⁊ indumē
tū eius q̄si nix albū: ⁊ capillꝰ capitis eius q̄si
lana mūda. Thꝛonꝰ eiꝰ flāma ignis: rote eiꝰ
ignis flagrās: ⁊ flumē ignis trasibat in con
spectu eius: ⁊ mille milia deseruiebāt ei: ⁊ de
na milia denū miliū asistebāt ei. Et iudiciuȝ
collocauit: ⁊ libꝛi apti sunt ⁊c̄. Et paulopost Ibideȝ
Aspiciebā inq̄t in visu noctis: ⁊ ecce cuȝ celi
nubibus quasi filiꝰ hoīs erat: ⁊ vsq̄ȝ ad vete
rē dieꝝ ꝑuenit: ⁊ oblatus est ei. Et ipsi datꝰ
est pꝛincipatus ⁊ honoꝛ ⁊ regnuȝ: ⁊ oēs po
puli tribus ⁊ lingue ip̄i ſuiēt. Potestas eiꝰ
potestas eterna que nō p̄teribit: ⁊ regnū eiꝰ
quod nō corrūpet̄. Ecce pater dans. ⁊ filius
accipiens regnū sempiternū: ⁊ sunt ambo in
ꝯspectu ꝓphetantis visibili sp̄ē. Nō ergo in
cōuenienter credit̄ etiā pater deus eo modo
solere apparere moꝛtalibꝰ. nisi foꝛte aliq̄s di
cat: ideo nō esse visibilem patrem: q̄ꝛ in con
spectu somniantis apparuit. Ideo aūt visibi
lem filiuȝ ⁊ spiritūsanctū: q̄ꝛ moyses illa om
nia vigilans vidit. Quasi vero verbum et
sapientiam dei vidit moyses carnalibus ocu
lis: aut videri spiritus vel humanus potest
qui carnem istam viuificat. vel ipse coꝛpo
reus qui ventus dicitur: quantominus ille
spiritus dei qui omnium hoīnū ⁊ angelo
rū mētes ineffabili excellētia diuine substan
tie supgredit̄. Aut quisq̄ȝ tali pꝛecipitet̄ er

roꝛe: vt audeat dicere filiū ⁊ spiritūsanctum
etiā vigilātibꝰ hoībus esse visibiles: patreꝫ
aūt nō nisi sōniātibꝰ. Quō ḡ de pr̄e solo ac-
cipiūt: quē nemo hoīꝫ vidit: nec videre pōt.
An cum doꝛmiūt hoīes: tūc nō sunt hoīes.
Aut q formare silr̄itudinē coꝛpis pōt ad se si-
gnificādū ꝑ visa somniātiū: nō pōt formare
ipaꝫ coꝛpoꝛeā creaturā ad se significādū ocu
lis vigilātiū: cū eius ipsa substātia qua est ip̄e
qđ est nulla coꝛpoꝛis similitudine doꝛmiēti:
nulla coꝛpoꝛea specie vigilāti possit ostendi.
Sꝫ nō solū patris: veꝝ etiā filij ⁊ spūsancti:
⁊ certe q vigilantiū mouent visis: vt nō pa-
trē: sed tantū filiū vel spiritūsanctū credant:
coꝛpoꝛalibus hoīuꝫ apparuisse ꝯspectibus.
vt omittā tantā latitudinē sanctaꝝ paginaꝝ:
⁊ tam multiplicē earum intelligentiā: vnde
nemo sani capitis affirmare debet: nusq̄ꝫ ꝑ-
sonā patris ꝑ aliquā speciē coꝛpoꝛalē vigilā
tiū oculis demōstratam. Sed vt hoc vt dixi
omittā: quid dicūt de patre nostro. Abꝛaaꝫ:
cui certe vigilāti ⁊ ministrāti: cū scriptura p̄-
misisset dicēs. Visus est dn̄s. Abꝛae non
Gē. 18 vnus aut duo: sed tres apparuerūt viri; quo
rū nullus excellius alijs eminuisse dictus ē:
nullus honoꝛatiꝰ effulsisse: nullus impiosiꝰ
egisse. Quapꝛopter qm̄ in illa tripartita nr̄a di
stributiōe: pꝛimū querere instituimus: vtrū
pr̄: an filius: an spūsanctus: an aliqn̄ pr̄: ali
qn̄ filius: aliqn̄ spūsanctus: an sine vlla di-
stinctiōe ꝑsonaꝝ: sicut dicit̄: deus vnus ⁊ so
lus, id ē trinitas ip̄a: ꝑ illas creature formas
pr̄ibus apparuerit: interrogatis que potui-
mus quantū sufficere visuꝫ est: sanctaꝝ scri-
ptaraꝝ locis: nihil aliud quātū existimo diui
noꝝ sacramentoꝝ modesta ⁊ cauta ꝯsidera-
tio ꝑsuadet: nisi vt temere non dicamus que
nā ex trinitate ꝑsona cuilibet patrū ⁊ ꝓphe-
tarū in aliquo coꝛpoꝛe vel similitudine coꝛ-
poꝛis apparuerit: nisi cū cōtinentia lectionis
aliqua ꝓbabilia circūponit indicia. Ipsa eni
natura vel substātia vel essentia vel quolibet
alio noīe appellandū est idip̄m qđ deus est:
quicqđ illud ē coꝛpoꝛaliter videri nō potest.
Per subiectā vero creaturā: nō solū filiū vł
spiritūsanctū: sed etiā patrē coꝛpali specie si-
ue similitudine moꝛtalibus sensibus signi-
ficationem sui dare potuisse credendum est.
Que cum ita sint: ne immoderatius pꝛogre
diatur secūdi huius voluminis longitudo:
ea que restant in cōsequentibus videamus.

Explicit liber secūdus.

Incipiūt capitula libꝛi tertij.

Incipit ꝓemium in tertium libꝛum.

Credāt q volūt: malle me legendo
c q̄ꝫ legēda dictando laboꝛare. Qui
aūt hoc nolūt credere. Experiri vero
⁊ ꝓn̄t ⁊ volūt: debetq̄ꝫ legendo vel
meis inq̄sitionibus rn̄deat̄: vel iterrogatiōi
bꝰ alioꝝ: q̄s ꝓ mea ꝑsona quā in seruitio xp̄i
gero: ⁊ ꝓ studio quo fidē nostrā aduersum
erroꝛē carnaliū ⁊ aīaliū hoīuꝫ muniri iarde-
sco: necesse est me pati: ⁊ videāt q̄ꝫ facile ab
isto laboꝛe me tēpereē: ⁊ quanto etiā gaudio
stiluꝫ possim hr̄e feriatū. Quō si ea que legi-
mus de his rebus sufficienter edita in latino
sermone: aut nō sunt: aut nō inueniunt̄: aut
certe difficile a nobis inueniri queūt. Gre-
ce aūt lingue nō sit nobis tantus habitus: vt

talīū rerū libris legēdis ⁊ intelligēdis vllo
mō repiamur idonei: q̊ genere lraꝝ ex his
que nobis pauca iterp̄tata sunt nō dubito cū
cta que vtiliter querere possumus ꝯtineri.
Fratribus aūt nō valeā resistere iure: q̊ eis
fuus factꝰ suꝫ: flagitātibꝰ vt eoꝝ in xp̄o lau
dabilibꝰ studijs: lingua ac stilo meo: q̄s bi/
ga in me caritas agitat: maxime fuiā: egoqꝫ
ip̄e multa que nesciebaꝫ: scribēdo me didicis
se cōfitear: nō debet hic labor meus cuiq̄ꝫ pi
gro: aut multū docto videri superfluus: cuꝫ
multis impigris multisqꝫ indoctis: inter q̊s
etiā mihi non pua ex pte sit necessarius. Ex
his igitur que ab alijs de hac re scripta iā le/
gimus: plurimū āminiculati ⁊ adiuti: ea q̄
de trinitate: vno sūmo sūmoqꝫ bono deo pie
queri ⁊ disseri posse arbitror: ipso exhortan/
te querenda atqꝫ adiuuante disserenda su/
scepi: vt si alia nō sunt hmōi scripta: sit quod
habeamus ⁊ legant que voluerint ⁊ value/
rint. Si aūt iā sunt: tāto facilius aliqua inue
niant: quāto talia plura esse potuerint. Sa/
ne cū in oibus litteris meis: nō solū pium le
ctorē: sed etiā liberū correctorē desiderē: mł
to maxime in his vbi ip̄a magnitudo q̄stio/
nis: vtinā tā multos inuentores habere pos
set: q̄ꝫ multos ꝯdictores habꝫ. Verūtn̄ sicut
lectorē meū nolo mihi esse deditū: ita corre/
ctorem nolo sibi. Ille me nō amet amplius
q̄ꝫ catholicā fidem: ille se nō amet amplꝰ q̄ꝫ
Dis. 9. catholicam veritatem. Sicut illi dico. Noli
meis lr̄is quasi scripturis canonicis inserui
re: sed in illis ⁊ qd̄ nō credebas cū inueneris
incūctanter crede: in istis aūt qd̄ certū nō ha
bebas: nisi certū intellexeris: noli firme reti
nere. Ita illi dico. Noli meas litteras ex tua
opinioē vel ꝯtētioē: sed ex diuina lectioē vel
incōcussa ratione corrigere. Siqd in eis ve
ri cōprehenderis existēdo nō est meū: at in/
telligēdo ⁊ amādo: ⁊ tuū sit ⁊ meuꝫ. Siquid
aūt falsi cōuiceris errādo: fuerit meū: sed iaꝫ
cauēdo nec tuū sit nec meum. Hinc itaqꝫ ter
tius hic liber sumat exordiuꝫ: quousqꝫ secun
dus puenerat. Cū eniꝫ ad id ventū esset: vt
vellemus ostendere: nō ideo minorēꝫ patre
filiū: q꞉ ille misit: hic missus est. nec ideo mi
norēꝫ vtroqꝫ spiritū sanctū: q꞉ ⁊ ab illo: ⁊ ab
illo missus in euangelio legit̄: suscepimus h̄
Vbi .j querere: cuꝫ illuc missus sit filius vbi erat:
q꞉ in hūc mundū venit: ⁊ in hoc mūdo erat:
cum illuc etiā spūssanctus vbi ⁊ ip̄e erat. qm̄ Joh. j.
spiritus dn̄i repleuit orbē terrarū: ⁊ h̄ qd̄ cō
tinet oia scientiā hꝫ vocis. Utrum pptērea Sap. j.
missus sit dn̄s: q꞉ ex oculto in carne natus ē
⁊ de sinu p̄ris ad oculos hoiuꝫ in forma ser/
ui tanq̄ꝫ egressus apparuit: iō etiā spūssc̄ns:
q꞉ ⁊ ipse corporali specie quasi colūba visus
est: ⁊ linguis diuisis velut ignis: vt hoc eis
fuerit mitti: ad aspectū mortaliū in aliqua for
ma corporea de spiritali secreto pcedere: qd̄
pater qm̄ nō fecit: tātūmodo misisse: nō etiaꝫ
missus esse dictus sit. Deinde quesitū ē: cur
⁊ pater nō aliquādo dictus sit missus: si per
illas sp̄ēs corporales que oculis antiquoruꝫ
apparuerunt ipse demōstrabat̄. Si aūt filiꝰ
tunc demonstrabat̄: cur tātū post missus di/
ceret̄: cuꝫ plenitudo tp̄is venit: vt ex femina
nasceret̄: quādo quidē ⁊ antea mittebat̄: cuꝫ gal. 4.
in illis formis corporaliter apparebat. Aut
si non recte missus diceret̄: nisi cum verbuꝫ
caro factum est: cur spiritussanctus missus
legatur: cuius incarnatio talis non facta est. Joh. j.
Si vero p illas antiquas demonstrationes
nec pater nec filius nec spiritussanctus ostē/
debatur: cur etiam ipse nunc diceret̄ missus
cuꝫ illis modis ⁊ antea mitteretur. Deinde
subdiuissimus vt hec diligentisse tractaren/
tur: ⁊ tripartitam fecimus questionem: cu/
ius vna pars in secundo libro explicata est:
due sunt relique: de quibus deinceps disse/
rere aggrediar. Jam enim quesituꝫ atqꝫ tra
ctatuꝫ est in illis antiquis corporalibus for/
mis ⁊ visis: nō tantūmodo patrē: nec tantū
modo filiū: nec tantūmodo spiritūsanctū ap
paruisse: sed aut indifferenter dn̄m deuꝫ qui
trinitas ipsa intelligitur: aut quālibet ex trini
tate psonam: quam lectionis textus inditijs
circūstantibus significaret.

Utrum cum deus hominibus visus est ip̄e
per assumptam creature speciem apparuit:
an vero angeli ex persona ipsius locuti sint.

Capitulum. j.

n Unc ergo primū queramꝰ:
quod sequitur. Nam secūdo
loco in illa distributione posi
tum est: vtrum ad hoc opus
tantūmodo creatura formata
sit: in qua deus sicut tūc opor
tuisse iudicauit: hūanis ostē
deretur aspectibus. An angeli qui iam erāt

ita mittebant̃: vt ex ꝑsona dei loquerentur:
assumentes corporalem speciem de creatura
corporea in vsum ministerij sui. Aut ipsum
corpus suũ: cui nõ subdunt̃: sed subditũ ge
runt mutantes atqꝫ vertẽtes in species quas
vellent accomodatas atqꝫ abtas actionibus
suis: secundũ attributam sibi a creatore potẽ
tiam. Qua parte questionis quantũ domi/
nus dederit pertractata: postremo videndũ
erit id quod instituẽramus inquirere: vtrũ
filius ꝛ spiritussanctus ꝛ antea mittebant̃: ꝛ
si ita est: quid inter illam missionem ꝛ eã quã
in euangelio legimus distet: an missus non
sit aliquis eorũ: nisi cum vel filius factus est
ex maria virgine: vel cũ spiritus sanctus vi
sibili specie: siue in columba: siue ĩ igneis lin
guis apparuerit. Sed fateor excedere vires
intẽtionis mee: vtrum angeli manẽte spiri/
tali sui corporis qualitate: per hanc ocultius
operantes assumãt ex inferiorib⁹ elemẽtis
corpulentioribus: qđ sibi coaptatũ: quasi ali
quam vestem mutent ꝛ vertant in quaslibet
Joh. 2 species corporales: etiam ipsas veras: sicut
aqua vera in verum vinũ conuersa est a do
mino: An ipsa ꝓpria corpora sua transfor/
ment in qđ voluerint: accõmodata ad id qđ
agunt. Sed qđlibet horũ sit: ad presentem
questionem non pertinet. Et q̃uis hoc quo
niã homo sum: nullo experimento possim
cõprehẽdere: sicut ãgeli q̃ hec agũt: ꝛ magis
ea norunt q̃ ego noui quatenus mutet̃ cor/
pus meũ in affectu voluntatis mee: siue qđ ĩ
me: siue qđ ex alijs expertus sũ: qđ horũ tñ ex
diuinarũ scripturarũ auctoritatibus credam:
nũc nõ opus est dicere: ne cogar ꝓbare: ꝛ fi
at sermo longior de re qua nõ indiget p̃sens
questio. Nũc illud videndũ est: vtrũ angeli
tũc agebãt: ꝛ illas corporũ species apparẽtes
oculis hoim: ꝛ illas voces insonãtes auri/
bus: cũ ipsa sensibilis creatura ad nutũ ser/
uiẽs ꝯditoris: in id qđ opus erat ꝑ tpe ver/
Sa. 16. tebat̃: sicut in libro sapiẽtie scriptũ est. Crea/
tura enĩ tibi factori deseruiens extẽdit̃ intor
mẽtũ aduersum iniustos: ꝛ leuior fit ad be/
nefaciendũ his qui in te cõfidunt. Propt̃
hoc ꝛ tũc in oia se transfigurãs: omniũ nutri
ci gratie tue deseruiebat: ad voluntatẽ horũ
qui te desiderabãt. Peruenit enim sapiẽtia
voluntatis dei per creaturam spiritalẽ vsqꝫ
ad effectus visibiles atqꝫ sensibiles creature
corporalis. Vbi enim nõ operatur qđ vult
dei omnipotentis sapientia: que pertendit a
fine vsqꝫ ad finem fortiter: ꝛ disponit omnia ibi
suauiter.

De mutationibus creature siue consuetudi
narijs siue insolitis que nõ fiunt extra pote/
statem ac potentiam creatoris.

Capitulum. ij.

s Ed alius est ordo naturalis in cõuer
siõe ꝛ mutabilitate corporũ: q̃ q̃uis ẽt
ipse ad nutũ dei seruiat: per seuerantia
tñ ꝯsuetudinis amisit admirationẽ: sicuti sũt
q̃ vel breuissimis vel certe nõ longis inter/
uallis temporũ celo: terra: mariqꝫ mutant̃: si
ue nascẽtibus: siue occidentibus rebus: siue
alias aliter atqꝫ aliter apparẽtibus. Alia ve/
ro q̃uis ex ipso ordine venientia: tñ ꝓpter
longiora interualla temporũ minus vsitata.
Que licet multi stupeãt ab inquisitorib⁹ hu
ius seculi: cõprehẽsa sunt. ꝛ ꝑ gressu genera
tionũ quo sepius repetita sunt: ꝛ a plurib⁹ co
gnita: eo minus mira sunt: sicuti ẽ defectus
luminariũ: ꝛ raro existẽtes quedã species si
derũ: ꝛ terremotus: ꝛ mõstruosi part⁹ aian
tiũ. ꝛ queqꝫ similia: quorũ nihil fit nisi volun
tate dei: sed plerisqꝫ nõ apparet. Itaqꝫ licuit
vanitati philosophorũ: etiã causis alijs ea tri
buere: vel veris: vel ꝓximis: cũ oino vide/
re nõ possent: supiorẽ ceteris oibus causã:
id ẽ volũtatẽ dei: vel falsis: ꝛ ne ab ipsa qdẽ
preuestigatione corporaliũ rerũ atqꝫ motio/
nũ: sed a sua suspitione ꝛ errore prolatis. Di
cam, si potero qdã exẽpli gratia: quo hec ap/
tiora sint. Est certe in corpore humano que/
dam moles carnis: ꝛ forme species: ꝛ ordo
distinctioqꝫ mẽbrorũ ꝛ tpatio valitudinis: hoc
corpus inspirata aia regit: eadẽqꝫ rationalis
ꝛ ideo q̃uis mutabilis: tñ que possit illius ĩ/
cõmutabilis sapiẽtie particeps eẽ: vt sit par/
ticipatio eius in idipsum: sicut in psalmo scri
ptũ est: de oibus sanctis: ex quibus tanq̃ la
pidibus viuis edificat̃ illa hierusalem mater
nostra eterna ĩ celis. Ita enĩ canit. Hierusa
lem que edificat̃ vt ciuitas: cuius participatõ
eius in idipsum. Idipsũ qppe hoc loco: illđ
sũmũ ꝛ incõmutabile bonum intelligit̃: qđ
deus est: atqꝫ sapiẽtia volũtasqꝫ ipsius. Cui ps.
cantatur alio loco: Mutabis ea ꝛ mutabũ/
tur: tu aũt idem ipse es. ps.

Exẽplum quo ostendit̃ oẽs causas actionũ

rationabiliũ a summa dei volũtate descende
re. Capitulũ. iij.

C Onstituamus g aio talẽ sapientẽ: cu-
ius aĩa rationalis iã sit particeps in-
cõmutabilis eterneqꝫ veritatis: quaꝫ
de oĩbus suis actionibꝰ cõsulat: nec aliquid
oĩno faciat: qđ nõ in ea cognouerit esse faciẽ
dũ: vt ei subditus eiqꝫ obtẽperans recte fa-
ciat. Iste si cõsulta sũma rõne diuine iustitie
quã in secreto audiret aure cordis sui: eaqꝫ si
bi iubẽte in aliquo officio misericordie corpꝰ
labore fatigaret: egritudinẽqꝫ ꝯtraheret a cõ
sultisqꝫ medicis: ab alio diceret causaꝫ mor-
bi esse corporis siccitatẽ: ab alio aũt humoris
imoderationẽ. vnus corꝫ verã cãm diceret:
alter erraret: vterqꝫ tñ de ꝓximis causis: id
est corporalibus ꝓnũciaret. At si illiꝰ siccita
tis causa quereret: ⁊ inueniret volũtarius la
bor: iam ventuꝫ esset ad superiorẽ causaꝫ: q̄
ab aĩa ꝓficisceret ad afficiẽdũ corpus: qđ re
git: sed nec ipsa prima esset. Illa enim ꝓcul
dubio supior erat in ipsa incõmutabili sapiẽ-
tia: cui hoĩs sapiẽtis aĩa in caritate seruiẽs: ⁊
ineffabiliter iubẽti obediẽs: volũtariũ labo-
rẽ susceperat: ita nõ nisi dei volũtas causa pri
ma illius egritudinis veracissime reperiret.
Iã vero si in labore officioso ⁊ pio adhibu-
isset ille sapiens ministros collaborãtes secũ
in opere bono: nec tamẽ eadeꝫ volũtate deo
seruientes: sed ad carnalium cupiditatuꝫ sua
rum mercedem peruenire cupientes: vel in
cõmoda carnalia diuitiãtes. Adhibuisset etiã
iumenta si hoc exigeret illius operis implẽ-
di procuratio: que vtiqꝫ iumenta irrationa-
lia essent animãtia: nec ideo mouerent mem
bra sub sarcinis: qꝫ aliquid de illo bono ope-
re cogitarent: sed naturali appetitu sue volu
ptatis ⁊ deuitatiõe molestie. Postremo ad
hibuisset etiã ipsa corporea omni sensu carẽ-
tia: que illi operi essent necessaria: frumentũ
scilicet: ⁊ vinuꝫ: ⁊ oleum: vestem: nummũ:
codicem: ⁊ si qua huiusmodi. In his certe
oĩbus in illo ope versantibus corporibus:
siue animatis: siue inanimatis: quecũqꝫ mo
uerent attererent: repararent: exterminarẽ
tur: reformarent: alio atqꝫ alio mõ: locis ⁊ tẽ
poribꝰ affecta mutarent: nõ alia esset istoruꝫ
oĩuꝫ visibiliũ ⁊ mutabiliũ factorꝫ cã: nisi illa
inuisibilis ⁊ incõmutabilis volũtas dei per
animaꝫ iustã: sicut sedẽ sapiẽtie cũctis vtens
⁊ malis rõnalibus ⁊ irrationalibꝰ animis: ⁊
postremo corporibus: siue que illis inspi-
rarent ⁊ animarent: siue omni sensu caren-
tibꝰ: cum primitꝰ vteretur ipsa bona anima
⁊ sancta: quã sibi ad pium ⁊ religiosuꝫ obse-
quiũ subdidisset. Qđ ergo vno de sapiente
q̄uis adhuc mortale corpꝰ gestãte: q̄uis ex
parte vidente posuimꝰ exempli gratia: hoc
de aliqua domo vbi aliquorum talium socie
tas est: hoc de ciuitate: vel etiam de orbe ter-
rarũ licet cogitare: si penes sapiẽtes sancteqꝫ
ac perfecte deo subditos sit principatꝰ ⁊ regi
men rerum humanarũ.

De ꝓuidentia dei qua subiectioni sanctorũ
p̄sidet angelorꝫ.
Ca. iiij.

S Ed hoc qꝫ nondũ est. Oportet enim
nos in hac pegrinatione priꝰ morta-
liter exerceri: ⁊ per vires mansuetudi
nis ⁊ patientie in flagellis erudiri: vt illam
ipsam supernam atqꝫ celestem vnde peregri
namur patriaꝫ cogitemꝰ. Illic enim dei vo ps. 103
luntas: qui facit angelos suos spiritꝰ: ⁊ mini
stros suos ignem ardentem in spiritibꝰ sum
ma pace atqꝫ amicitia copulatis ⁊ in vnã vo
luntateꝫ quodam spiritali caritatis igne cõsta
tis: tanq̄ꝫ in excelsa ⁊ sancta ⁊ secreta sede pre
sidẽs: velut in domo suo: ⁊ in templo suo.
Inde se quibusdam ordinatissimis creature
motibꝰ: primo spiritalibus: deinde corpora
libꝰ p cũcta diffundit: ⁊ vtit omnibꝰ ad incõ
mutabile arbitrium sententie sue: siue incor
poreis: siue corporeis rebꝰ: siue rationalibꝰ
siue irrationalibꝰ spiritibus: siue bonis per
eius gratiam: siue malis p proprіaꝫ volun-
tatem. Sed quẽadmodũ corpora crassiora:
⁊ inferiora p subtiliora ⁊ potentiora quodaꝫ
ordine regunt: ita oĩa corpora p spiritũ vi-
te. Et spũs vite irrationalis p spm̃ vite ratio
nalẽ: ⁊ spũs vite rationalis desertor atqꝫ pec
cator p spiritũ vite rõnalẽ piũ ⁊ iustum: ⁊ ille
p ipsum deũ: ac sic vniuersa creatura p crea-
torẽ suum: ex quo: ⁊ p queꝫ: ⁊ in quo etiam
cõdita ⁊ instituta est: ac per hoc voluntas dei
est: prima ⁊ summa causa oĩum corporaliuꝫ
specierũ atqꝫ motionũ. Nihil eniꝫ fit visibili
ter ⁊ sensibiliter: qđ nõ de interiore inuisibi-
li atqꝫ intelligibili aula summi imperatoris:
aut iubeat: aut permittat ſm ineffabilem iu-
stitiaꝫ premiorꝫ atqꝫ penarꝫ: gratiarꝫ: ⁊ retri

butionum in ista totius creature amplissima
quadā imensaqꝫ republica. Si ḡ aplus pau
lus q̄uis adhuc portaret sarcinaꝫ corporis:
Sap.9 quod corrūpit ⁊ aggrauat animaꝫ: q̄uis
j Co.13 adhuc ex parte atqꝫ in enigmate videret:
Phi.1 optās dissolui ⁊ esse cū xp̄o: ⁊ in semetipso i/
Ro.8. gemiscēs adoptionē expectās redemptionē
corporis sui: potuit tñ significādo predicare
dñm iesuꝫ xp̄m: aliter p linguam suā: aliter
p epistolā: aliter p sacramētū corporis ⁊ san/
guinis eius. Nec linguā q̄ppe eius: nec mē
branas: nec attramentū: nec significātes so/
nos lingue editos: nec signa litterarū cōscri
pta pelliculis: corpus xp̄i ⁊ sanguineꝫ dici/
de ꝯ.d.2 mus: sed illud tantū qđ ex fructibus terre ac
ceptū: ⁊ prece mystica cōsecratum: rite sumi/
mus ad salutē spiritalē in memoriā ꝓ nobis
dñice passionis. Qđ cū p manus hoium ad
illā visibilē speciē pducit̄: nō sanctificat̄ vt sit
tam magnum sacramentū: nisi operante in/
uisibiliter spiritu dei: cū hec oia que p corpo/
rales motus in illo opere fiunt: deus opere/
tur: mouēs primitus inuisibilia ministroꝝ:
siue animas hoium: siue occultoꝝ spirituū
sibi subditas seruiētes: qd mirū si etiā i crea
tura celi ⁊ terre: maris ⁊ aeris: facit deꝰ que
vult sensibilia atqꝫ visibilia: ad seipsuꝫ in eis
sicut oportere ipse nouit significandum ⁊ de
monstrandum: nō ipsa sua que est apparen
te substantia: que oino incōmutabilis ē: om
nibusqꝫ spiritibus quos creauit interius se/
cretiusqꝫ sublimior.

Qđ opere dei omnis creatura administrat̄
quo ⁊ mira multa ordini cōsuetudinis inse/
runt̄. Ca.v.

Jenim diuina totā spiritalē corpora/
v lēqꝫ administrāte creaturā: oium an
noꝝ certis diebꝰ aduocant̄ atque ma
ris: ⁊ effundunt̄ sup faciē terre. Sed cū hoc
orante sctō helia factū est: qꝛ p̄cesserat tā con/
tinua: ⁊ tā longa serenitas: vt deficerēt fame
3.re.18 hoies. Nec ea hora qua ille dei seruus ora/
uit: aer ipse aliqua humida facie mox future
pluuie signa p̄tulerat: ꝯsecutis tantis ⁊ tam
velociter imbribus: apparuit vis diuina: q/
bus illud dabat̄ dispēsabaturqꝫ miraculuꝫ.
Itaqꝫ deus opat̄ solēnia fulgura atqꝫ toni/
trua. Sꝫ qꝛ in mōte syna inusitato mō fiebāt:
Exo.19 vocesqꝫ ille nō strepitu cōfuso edebāt̄: sed ex
eis quedā signa dari certissimis indicijs ap
parebat: miracula erant. Quis attrahit hu/
morē p radicē vitis ad botrū ⁊ vinū facit: ni
si deus: qui ⁊ hoie plantāte ⁊ rigante incre/
mentū dat. Sed cū ad nutū dñi aqua in vi/ j.C
nū inusitata celeritate cōuersa est: etiā stultis
fatentibus vis diuina declarata est. Quis Jo
arbusta fronde ac flore vestit solēniter: nisi
deus. Vez cū floruit virga sacerdotis aarō:
collocuta est quodāmō cū dubitante huma/
nitate diuinitas. Et lignis certe oibus: et
oibus animaliū carnibꝰ gignendis atqꝫ for
mandis cōmunis est terrena materies. Et
quis ea facit: nisi qui dixit vt hec terra ꝓdu/
ceret: ⁊ in eodē verbo suo que creauit regit B
atqꝫ agit. Sed cū eādē materiā ex virga moy
si in carnē serpētis proxime ac velociter ver Ex
tit: miraculū fuit rei quidē mutabilis: sed tñ
inusitata mutatio. Quis autē animat queqꝫ
viua nascentia: nisi qui ⁊ illum serpenteꝫ ad
horam sicut opus fuerat animauit.

Qđ deus omnem creaturam corporalē ani
mare cognoscitur in vteris matrum.

Capituluꝫ. vi.

Et quis reddidit cadaueribꝰ animas
e suas: cū resurgeret mortui: nisi q ani
mat carnes in vteris matrū: vt orian
tur morituri: Similiter de cōmuni materia:
in causis mūdialibus ꝯsistit: subito ad tp̄us
ꝓdire arietē ⁊ columbā ꝯstituit: qbus vnus
vigor carneus ⁊ in tp̄e ⁊ ex tp̄e accessionis
⁊ recessionis: nō dispar sed inusitatus appa
ruit. Sed cū fiunt illa cōtinuatio quasi quo/
daꝫ fluuio labentiū manantiūqꝫ rerū: ⁊ ex oc
culto in promptū: atqꝫ ex ꝓmptu in occultū
vsitato itinere transeuntiū naturalia dicunt̄.
Cū vero āmonendis hoibus inusitata mu
tabilitate ingerunt̄: magnalia noiant̄.

De miraculis que magicis artibus fiunt.

Capitulum. vij.

Jc video quid infirme cogitatiōi pos
b sit occurrere: cur scꝫ ista miracula etiā
magicis artibus fiant. Nam ⁊ magi
pharaonis similiter serpētes fecerunt: ⁊ alia Ex
similia. Sed illud amplius est admirānduꝫ:
quō magoꝝ illa potentia que serpētes facere ibid
potuit: vbi ad muscas minutissimas ventuꝫ
est: oino defecit. Scynipbes enim muscule
sunt breuissime: qua tertia plaga superbus
pplus egyptioꝝ cedebat̄. Ibi certe deficien
tes magi dixerunt. Digitus dei est hic. Vñ Ibi

Quidā cum vellet breuissime singularū in trinite personarū insinuare propria: eternitas inquit in patre: species in imagine: vsus in munere. Et qr non mediocris auctoritatis in tractatione scripturarum: ⁊ assertione fidei vir extitit: hilari⁹ enī hoc in libris suis posuit. horū verborū. id ē patris ⁊ imaginis: ⁊ numeris: eternitatis: ⁊ speciei ⁊ vsus abditā scrutatus intelligentiā. quantum valeo nō eum sequtum arbitror in eternitatis vocabulo: nisi q pater non habet patrem de quo sit: filius autem de patre ē vt sit: atq; vt illi coeternus sit. Imago enim si perfecte implet illud cuius imago est: ipa coequatur ei: non illud imagini sue. In qua imagine speciē nominauit: credo q propter pulchritudinē: vbi iam est tanta congruentia ⁊ prima equalitas: ⁊ prima similitudo: nulla in re dissidens. ⁊ nullo modo inequalis: ⁊ nulla ex parte dissimilis: sed ad identidem respondens ei cuius imago est. Vbi est prima ⁊ sūma vita: cui nō est aliud viuere ⁊ aliud eē sed idē est esse ⁊ viuere. Et pmus ac sūmus intellectus: cui nō est aliud viuere ⁊ aliud intelligere. sed id qđ est intelligere: hoc viuere hoc esse est: vnū omnia: tanq; verbum perfectū: cui nō desit aliquid: ⁊ ars qdā omnipotentis atq; sapientis dei: plena omniū rationū viuētiū incōmutabiliū: ⁊ omnes vnū in ea. sicut ipsa vnū de vno: cum quo vnum. Ibi nouit omnia deus: que fecit per ipsā: ⁊ ideo cum decedant ⁊ succedant tempora: nō decidit aliquid vel succedit scientie dei. Non enim hec que creata sunt ideo sciuntur a deo: quia facta sunt: ac non potius ideo facta sunt vel mutabilia: quia immutabiliter a deo sciūtur. Ille igitur ineffabilis quidam cōplexus patris ⁊ imaginis non est sine perfruitione: sine caritate: sine gaudio. Illa ergo dilectio: delectatio: felicitas: vel beatitudo: si tamē aliqua humana voce digne dicitur vsus: ab illo appellatus est breuiter: ⁊ est in trinitate spūssanctus: nō genitus: sed genitoris genitiq; suauitas: ingeniti largitate atq; vbertate perfundens omnes creaturas pro captu earū: vt ordinem suum teneant ⁊ locis suis acquiescant. Hec igitur omnia que arte diuina facta sunt: ⁊ vnitatem quandam in se ostendūt ⁊ speciem. ⁊ ordinem. Quicquid enim horū est: ⁊ vnum aliquid est: sicut sunt nature corporum: ⁊ ingenia animarū. ⁊ aliqua specie formarū: sicut sunt figure vel qualitates corporum: ac doctrine vel artes animarū: ⁊ ordinem aliquem petit aut tenet: sicut sunt pondera vel collocationes corporum ⁊ amores: aut delectationes animarū. Ceterū in illa summa trinitate tantū est vna quantū tres simul. nec plus aliquid sunt due quam vna.
Oportet igitur vt creatorē per ea que facta roma.j.
sunt intellectū conspicientes trinitatē intelligamus: cuius in creatura quomodo dignū est apparet vestigiū. In illa enī trinitate sūma origo est rerū omniū ⁊ perfectissima pulchritudo: ⁊ beatissima delectatio. Itaq; illa tria: ⁊ ad se inuicē determinari videntur. ⁊ in se infinita sunt. Sed hic in rebus corporeis: non tantū est vna: quantū tres simul: ⁊ plus aliquid sunt due quā vna res. Ceter in summa trinitate tantum est vna quantum tres simul sunt: nec plus aliquid sunt due q̄ vna: ⁊ in se infinita sunt. Ita ⁊ singula sunt in singulis: ⁊ omnia in singulis ⁊ singula in omnibus: ⁊ omnia in omnibus: ⁊ vnū omnia. Qui videt hoc vel ex parte: vel per spe/ j Cō 13
culum ⁊ in enigmate: gaudeat cognoscens
deum: ⁊ sicut deum honoret ⁊ gratias agat. roma.j.
Qui autem non videt: tendat per pietatem ad videndum: non per cecitatē ad calumniandum: quoniam vnus est deus: sed tamen trinitas. Nec confuse accipiendum est. Ex
quo omnia: per quem omnia: in quo omnia Ro. ij.
nec dijs multis: sed ipsi gloria in secula seculorum.

Explicit liber sextus.

Incipiūt capitula libri septimi.

j Utrum quicquid de deo non relatiue sed ad seipsum recte dicit̄ cuilibet per/sone in trinitate conueniat.

ij Ea que patris ꝛ filij essentiam significant: non esse relatiua: quia quicquid ad se: non ad aliquid dicuntur simul ambo sunt.

iij De sapientia a deo genita vel creata.

iiij Quid vel a grecis vel latinis necesse fuerit dici de ineffabili trinitate.

v De substantia ꝛ essentia.

vi De tribus personis vnius essentie.

Aurelij augustini liber semptimus incipit.

Utrum quicquid de deo non relatiue sed ad seipsum recte dicitur cuilibet persone in trinitate conueniat. Capi. j.

Iam nunc queramus diligentius quantum dat deus quod pauloante distulimus. Utrum ꝛ singula queqꝫ in trinitate persona possit ꝛ ꝛ per seipsam non cuꝫ ceteris duabus dici deus: aut magnus: aut sapiens: aut verus: aut omnipotens: aut iustus: ꝛ si quid aliud dici de deo potest: nō relatiue: sed ad seipsum. An vero non dicant̄ ista: nisi cum trinitas intelligit̄. Hoc enim questionem facit: qꝛ scriptum est: xp̄m dei vir-
j Cor. j tutem ꝛ dei sapientiaꝫ: vtrū ita sit pater sapiē-tie atqꝫ virtutis sue: vt hac sapientia sapiens sit quaꝫ genuit: ꝛ hac virtute potens quā genuit. ꝛ qꝛ semp potens, ꝛ sapiens: semper genuit virtutē ꝛ sapientiam. Dixeramus enim si ita est: cur nō ꝛ magnitudinis sue pater sit qua magnus est: ꝛ bonitatis qua bonus est: ꝛ iustitie qua iustus: ꝛ alia si qua sunt. Aut si hec omnia pluribus vocabulis in eadem sapientia ꝛ virtute intelliguntur: vt eadem sit magnitudo que virtus: ea bonitas que sapiē-tia: ꝛ ea rursus sapientia que virtus. sicut iaꝫ tractauimus: meminerimus: cuꝫ aliquid horum nomino sic accipiendum esse: ac si omnia commemorem. Queritur ergo an pater etiam singulus sit sapiens: atqꝫ ipsa sibi ipse sapientia: an ita sit sapiens quomodo dicēs. Uerbo enim quod genuit dicens est: nō verbo quod profertur: ꝛ sonat: ꝛ transit: sed verbo quod erat apud deum: ꝛ deus erat verbū Joh. j.
ꝛ omnia per ipsum facta sunt: verbo equali sibi quo semper atqꝫ incōmutabiliter dicit seipsum. Non est enim ipse verbum: sicut nec filius nec imago. Dicens aūt exceptis illis temporalibus vocibus verbi dei: que in creatura fiunt. nam sonant ꝛ transeūt. Dicens ergo illo coeterno verbo: nō singulus intelligitur: sed cum ipso verbo sine quo nō est vtiqꝫ dicens. Ita ne ꝛ sapiens sicut dicens: vt ita sit sapientia sicut verbum: ꝛ hoc sit verbū esse quod est esse sapientiam. hoc etiam esse virtutem: vt virtus ꝛ sapientia ꝛ verbum idem sit: ꝛ relatiue dicatur. sicut filius ꝛ imago: atqꝫ ille non singulus potens vel sapiēs sed cum ipsa virtute ꝛ sapientia quā genuit. sicut non singulus dicens: sed eo verbo ꝛ cū eo verbo quod genuit: atqꝫ ita magnus ea ꝛ cum ea magnitudine quaꝫ genuit. Et sic nō alio magnus: alio deus: sed eo magnus quo deus: quia non alїud illi est magnum esse: aliud deum esse: cōsequens est: vt nec deus singulus: sed ea ꝛ cum ea deitate quam genuit: vt sic sit filius deitas patris: sicut sapientia ꝛ virtus patris. ꝛ sicuti est verbum ꝛ imago patris. Et quia non aliud illi est esse: aliud deum esse. ita sit etiam essentia patris filius: sicuti est verbum ꝛ imago eius. Ac per hoc etiaꝫ excepto eo quod pater est: nō sit aliquid pater: nisi quia est ei filius: vt nō tantuꝫ id quod dicitur pater: quod manifestū est cuꝫ nō ad seipsuꝫ: sed ad filium relatiue dici: ꝛ iō patrem quia est ei filius. sed oino vt sit quod ad seipsum est: ideo sit quia genuit essentiam suam. Sicut enim magnus est: nō nisi ea q̄ genuit magnitudine. ita ꝛ est non nisi ea quā genuit essentia: quia non est aliud illi esse: aliud magnuꝫ esse. Ita ne igitur pater est essentie sue: sicut pater est magnitudinis sue. Sicut pater virtutis ac sapientie sue: eadem ppe eius magnitudo que virtus: ꝛ eadē essentia que magnitudo. Hec disputatio nata est ex eo: quod scriptuꝫ est: christum esse dei virtutem ꝛ dei sapientiam. Quapropter in eas angustias sermo coartatur: cum ineffabilia fari cupimus. vt aut dicamus christum non esse dei virtutem ꝛ dei sapientiaꝫ: atqꝫ ita impudenter ꝛ impie resistamus apostolo. aut christū quidem dei virtuteꝫ ꝛ dei sapientiam

esse fateamur: sed eius patrē nō esse patrē vir
tutis ⁊ sapientie sue: quod nō minus impiuz
est. Sic eniz nec christi erit pater: quia xp̄us
dei virtus ⁊ dei sapientia est. aut nō esse pa/
trē virtute sua potentez: neqꝫ sapiētia sua sa/
pientem: quod quis audeat dicere. aut aliud
in patre intelligi esse: aliud sapientem esse vt
non hoc ipsō sit quo sapiens est. quod de ani
ma intelligi solet: que alias insipiens: alia
sapiens est: velut natura mutabilis: ⁊ non
summe perfecteqꝫ simplex. aut patrem non
esse aliquid ad seipsum: ⁊ nō solum: quod pa
ter est. sed omnino quod est: ad filium relati/
ue dici. Quomodo ergo eiusdem essentie fi/
lius cuius pater: quando quidez ad seipsum
nec essentia est: nec omnino est ad seipsuz: sꝫ
etiaz esse ad filium illi est. Atenim multoma
gis vnius eiusdēqꝫ essentie: quia vna eadē/
qꝫ essentia pater ⁊ filius. quando quidem pa
tri non ad seipsum est ipsum esse: sed ad filiū
quā essentiam genuit: ⁊ qua essentia est quic
quid est. Neuter ergo ad se est: ⁊ vterqꝫ ad
inuicem relatiue dicitur. an pater solus: non
solum quod pater dicit̄: sed omnino quicqd
dicit̄: relatiue ad filiū dicitur. ille autem dici
tur ad patrem ⁊ ad se. ⁊ si ita est: quid dicitur
in filio ad se: an ipsa essentia. Sed patris es
sentia est filius: sicut patris virtus. ⁊ sapien/
tia: sicut verbum patris: ⁊ imago patris. aut
si essentia dicit̄ ad se filius: pater autem non
est essentia: sed genitor essentie. non est autē
ad seipsum: sed hac ipsa essentia quā genuit:
sicut hac ipsa magnitudine magnus quam
genuit: ergo ⁊ magnitudo dicit̄ ad se filius.
ergo ⁊ virtus ⁊ sapientia ⁊ verbū ⁊ imago.
Quid autem absurdius q̄ꝫ imaginem ad se
dici: aut si non idipsum est imago ⁊ verbum
quod est virtus ⁊ sapientia: sed illa relatiue
dicuntur: hec autem ad se non ad aliud inci
pit non ea sapientia quam genuit: sapiens es
se pater: quia non potest ipse ad eam relati/
ue dici: ⁊ illa ad eum relatiue nō dici: omnia
enim que relatiue dicuntur ad inuicem di/
cuntur. Restat itaqꝫ: vt etiam essentia filius
relatiue dicatur ad patrem. Ex quo confici/
tur inopinatissimus sensus: vt ipsa essentia
nō sit essentia: vel certe cum dicitur essentia:
non essentia sed relatiuum indicetur: quo/
modo cum dicitur dominus: non essentia
indicatur: sed relatiuum quo refertur ad ser
uum. Cum autem homo dicitur vel aliquid
tale: quod ad se non ad aliud dicitur: tunc in/
dicatur essentias. homo ergo cuz dominus
dicitur: homo essentia est. dominus vero re
latiue dicitur. homo enim ad se dicitur: do/
minus ad seruum: hoc autē vnde agimus:
si essentia ipsa relatiue dicitur: essentia ipsa
non est essentia. Huc accedit. quia omnis es
sentia que relatiue dicitur: est etiam aliquid
excepto relatiuo: sicut homo ⁊ dominus: ho
mo seruus: ⁊ equus iumentuz: ⁊ nummus
arra. homo ⁊ equus ⁊ nummus ad se dicun
tur: ⁊ substantie sunt vel essentie. dominus
vero ⁊ seruus ⁊ iumentum ⁊ arra: ad aliqd
relatiue dicuntur. Sed si non esset homo. id
est aliqua substantia: non esset qui relatiue
dominus diceretur. Et si non esset equus
quedam essentia: non esset quod iumentum
relatiue diceretur. Ita si nummus non esset
aliqua substantia: nec arra posset relatiue di
ci. Quapropter si ⁊ pater non est aliquid ad
seipsum: non est omnino que relatiue dica/
tur ad aliquid. Non enim sicut ad aliquid
coloratū refertur color eius: nec omnino ad
se dicitur color: sed semper alicuius colorati
est. Illud autē cuius color est etiā si co quod co
loratū dicit̄ ad colorem refert̄: tamē id quod
corpus dicitur ad se dicitur. Nullo modo ita
putandum est patrez nō dici aliqd de seip̄m:
sed quicqd dicitur ad filium dici. Eundē ve
ro filium ⁊ seipsum dici ⁊ ad patrē. Cuz dici
tur magnitudo magna: ⁊ virtus potens. vtī
qꝫ ad seipsum: ⁊ magnitudo atqꝫ virtus ma
gni ⁊ potentis patris: qua pater magnus ⁊
potens. est. Non ergo ita: sed vtrūqꝫ substā
tia: ⁊ vtrūqꝫ vna substantia. Sicut autez ab
surdū est dicere candidum nō esse candorē:
sic absurdum est dicere sapientez non esse sa
pientiam. Et sicut candor seipsuz candidus
dicitur: ita ⁊ sapientia ad seipsam dicitur. sa/
piens. Sed candor corporis non est essen/
tia: quoniam ipsum corpus essentia est: ⁊ il/
la eius qualitas. vnde ⁊ ab ea dicitur candi/
dum corpus: cui non hoc est esse quod can/
didum esse. Aliud enim ibi forma ⁊ aliud
color: ⁊ vtrumqꝫ non in seipso: sed in aliqua
mole. Que moles nec forma nec color est:
sed formata ⁊ colorata. Sapientias vero ⁊
sapiens est. Et quoniam quecunqꝫ anima
participatione sapientie fit sapiens: si rursus

desipiat: manet tamen in se sapientia. Nec cum anima fuerit in stultitiam cõmutata illa mutatur: non ita est in eo qui ex ea fit sapiẽs: quemadmodum candor in corpore quod ex illo candidum est. Cum eniȝ corpus in aliuȝ colorem fuerit mutatum: non manebit candor ille: sed omnino esse desinat. Quod si et pater qui genuit sapientiam ex ea fit sapiens. neqȝ hoc ex illi esse quod sapere: qualitas ei⁹ est filius non proles eius: et non ibi erit iam summa simplicitas. Sed absit vt ita sit: quia vere ibi est summe simplex essentia: hoc ergo est ibi esse quod sapere. Quod si hoc est ibi esse quod sapere: non per illam sapientiaȝ quam genuit sapiens est pater: alioquin non ipse illam: sed illa eum genuit. Quid enim aliud dicimus cum dicimus hoc illi est esse quod sapere: nisi eo est quo sapiens est. Quapropter que causa illi est vt sapiens sit: ipsa illi causa est vt sit. proinde si sapientia quaȝ genuit causa illi est vt sapiens sit: etiam vt sit: ipsa illi causa est. Quod fieri non potest: nisi gignendo eum aut faciendo. Sed neqȝ genitricem neqȝ conditriceȝ patris vllo modo quisquaȝ dixerit sapientiam. Quid enim est insanius. Ergo et pater ipsa sapientia est. Et ita dicitur filius sapientia patris: quomodo dicitur lumen patris. id est vt quemadmodum lumen de lumine: et vtrunqȝ vnum lumen. sic intelligatur sapientia de sapientia et vtrunqȝ vna sapientia: ergo et vna essentia: quia hoc est ipsi esse quod sapere. Quod enim est sapientie sapere: et potentie posse: et eternitati eternam esse: iustitie iustam esse: magnitudini magnaȝ esse. hoc est essentie ipsuȝ esse. Et quia in illa simplicitate non est aliud sapere quã esse: eadẽ ibi sapientia que essentia.

Ea que patris et filij essentiaȝ significat non esse relatiua: quia quicquid ad se non ad aliquid dicitur simul ambo sunt.

Capi. ij.

Pater igitur et filius simul vna essentia: et vna magitudo: et vna veritas: et vna sapientia. Sed non pater et filius simul ambo vnuȝ verbuȝ: quia non simul ambo vnus filius. Sicut enim filius ad patreȝ refertur: non ad seipsuȝ dicitur. ita et verbuȝ ad euȝ cuius verbuȝ est refertur: cuȝ dicitur verbuȝ. Eo quippe filius quo verbuȝ et eo verbum quo filius. Quoniã igitur pater et filius simul nõ vtiqȝ vnus filius: consequens est: vt pater et filius simul non ambo vnuȝ verbuȝ. Et propterea non eo verbuȝ quo sapientia: quia verbum non ad se dicitur: sed tantuȝ relatiue ad euȝ cuius verbuȝ est: sicut filius ad patreȝ. Sapientia vero eo quo essentia. Et ideo quia vna essentia: vna sapientia. Quoniaȝ vero et verbuȝ sapientia est: sed non eo verbuȝ quo sapientia. Verbuȝ eniȝ relatiue: sapiẽtia essentialiter intelligitur: id dici accipimus cum dicitur verbuȝ. ac si dicatur nata sapientia: vt sit et filius et imago. Et hec duo cuȝ dicuntur. id est nata sapientia in vno eorum eo ꝙ nata est et verbuȝ et imago et filius intelligatur: et in his omnibus nominibus non ostẽdatur essentia: quia relatiue dicuntur. An in altero quod est sapientiaȝ quoniã: et ad se dicitur. seipsa eniȝ sapiens est: etiam essentia demõstretur: et hoc eius esse quod sapere. Vnde pater et filius simul vna sapientia: quia vna essentia: et sigillatiȝ sapientia de sapientia: sicut essentia de essentia. Quapropter non quia pater non est filius: et filius non est pater: aut ille ingenitus: ille autẽ genitus. ideo nõ vna essentia: quia his nominibus relatiua eoruȝ ostenduntur. Vterqȝ auteȝ simul vna sapientia: et vna essentia: vbi hoc est esse quod sapere. non auteȝ simul vterqȝ verbuȝ aut filius: quia non hoc est esse quod verbũ: aut filiuȝ esse: sicut iaȝ satis ostendimus ista relatiue dici.

De sapientia a deo genita vel creata.

Capi. iij.

Cur ergo in scripturis nunqȝ fere de sapientia quicquã dicitur: nisi vt ostẽdatur a deo genita vel creata: genita scilicet per quaȝ facta sunt omnia. creata vero vel facta: sicut in hominibus cum ad eam que non creata et facta: sed genita est conuertuntur et illustrãtur. In ipsis eniȝ fit aliquid quod vocetur eoruȝ sapientia: vel illud scripturis prenunciantibus aut narrãtibus qd verbuȝ caro factuȝ est et habitauit in nobis: Ioh. j.
hoc modo eniȝ christus facta sapiẽtia est: quia factus est homo. An propterea non loquitur in illis libris sapientia: vel de illa dicitur aliquid: nisi ꝙ eam de deo natam ostendat: aut factaȝ: quãuis sit et pater ipse sapientia: quia illa nobis sapientia cõmendanda erat: et imi

tanda: cuius imitatione formamur. Pater
enim eam dicit vt verbuȝ eius sit: nō quomo
do profertur ex ore verbuȝ sonans: aut ante
pronunciationeȝ cogitamur. Spacijs enim
tēporuȝ hoc cōpletur. illud auteȝ eternuȝ est:
⁊ illuminando dicit nobis: ⁊ de se ⁊ de patre
Mat. ij quod dicendum est hominibus. Ideoqȝ ait.
Nemo nouit filiuȝ nisi pater: ⁊ nemo nouit
patrem nisi filius: ⁊ cui voluerit filius reuela
re: quia per filiuȝ reuelat pater. id est per ver
buȝ suum. Si enim hoc verbum quod nos
proferimus tēporale ⁊ transitorium: ⁊ seipȝ
ostendit: ⁊ illud de quo loquimur: quanto/
Joh. j. magis verbuȝ dei: per quod facta sunt om/
nia: quod ita ostendit patrem sicuti est pater:
quia ⁊ ipsuȝ ita est: ⁊ hoc est quod pater secun
dum ꝙ sapientia est: ⁊ essentia. nam secun/
dum ꝙ verbum: non hoc est quod pater: qꝛ
verbum non est pater: ⁊ verbum relatiue di
citur sicut filius: quod vtiqȝ non pater. Et
ideo christus virtus ⁊ sapientia dei: quia de
patre virtute ⁊ sapientia: etiam ipse virtus: ⁊
sapientia est. sicut lumen dei patre lumine: ⁊
fons vite apud deum patrem: vtiqȝ fontem
Ps. 35 vite. Quoniaȝ apud te inquit propheta est
fons vite: ⁊ in lumine tuo videbimus lumē:
Joh. 5. quia sicut pater habet vitam in semetipso: sic
dedit filio habere vitam in semetipso. ⁊ erat
Ibidē. j lumen verum quod illuminat omnem homi
nem venientem in hunc mundum: ⁊ lumen
hoc verbum erat apud deuȝ: sed ⁊ deus erat
j. Joh. j verbuȝ. Deus auteȝ lumen est: ⁊ tenebre in
eo non sunt vlle. lumen vero non corporale
sed spiritale. Neqȝ ita spiritale vt illuminatio
ne factum sit: quemadmodum dictuȝ est apo
Mat. 5 stolis. Vos estis lumen mundi: sed lumen
quod illuminat omnem hominem. Ea ipsa:
⁊ sūma sapientia deus. vnde nunc agimus.
Sapientia vero filius de sapientia patre: si/
cut lumen de lumine: ⁊ deus de deo: vt ⁊ sin
gulus pater lumen: et singulus filius lumē:
et singulus pater deus: et singulus filius de
us. ergo et singulus pater sapientia et singu
lus filius sapientia. Et sicut vtrunqȝ simul
vnuȝ lumen ⁊ vnus deus: sic vtrunqȝ vna
j. Cor j sapientia. Sed filius factus est nobis sapien
tia a deo: ⁊ iustitia ⁊ sanctificatio: quia tempo
raliter nos ad illum conuertimur. id est ex
aliquo tempore: vt cuȝ illo maneamus ine/
ternuȝ. Et ipse ex quodaȝ tempore verbum Joh. j.
caro factuȝ est: ⁊ habitauit in nobis. Pro/
pterea igitur cuȝ pronunciatur in scripturis
aut narratur aliquid de sapientia siue dicen/
teȝ ipsa: siue cum de illa dicitur: filius nobis
potissimuȝ insinuatur. Cuius imaginis exē
plo ⁊ nos nō descedamus a deo: quia et nos
imago dei sumus. Non quidem equalis fa
cta quippe a patre per filium: non nata de pa
tre: sicut illa. Et nos quia illuminamur lumi
ne: illa vero quia lumen illuminans: et ideo
illa sine exemplo nobis exempluȝ est. Neqȝ
enim imitatur precedenteȝ aliqueȝ ad patreȝ
a quo nunqȝ est omnino separabilis: quia id
ipsum est quod ille de quo est. Nos auteȝ ni
tentes imitatur manenteȝ: et sequimur stan/
tem. Et in ipso ambulantes tendimus ad
ipsum: quia factus est nobis via temporalis
per humilitatē: que mansio nobis eterna est
per diuinitatem. Quoniā quippe spiritibus
mundis intellectualibus qui superbia nō la/
psi sunt: in forma dei: et deo equalis et deus
prebet exempluȝ: vt se ideȝ exempluȝ redeun
di etiā lapso preberet homini: qui propter i/
mundiciā peccatorū penāqȝ mortalitatis deū
videre non poterat: semetipsuȝ exinaniuit: Phi. 2
non mutando diuinitatem suam: sed nostraȝ
mutabilitatem assumendo: ⁊ formam serui
accipiens venit ad nos in hunc mundum: j. Thi. j
qui in hoc mundo erat: quia mundus per eū Joh. j.
factus est: vt exemplum sursum videntibus
deum: exemplum deorsum mirantibus ho/
minem. Exemplum sanis ad permanendū:
exemplum infirmis ad conualescendum. ex
emplum morituris ad non timendum. exem
plum mortuis ad resurgendum esse: in om/
nibus ipse primatum tenens. Quia enim Colo. j
homo ad beatitudinem sequi non debebat ni
si deum: et sentire non poterat deum: sequē
do deum hominem factum sequeretur si/
mul: et quem sentire poterat et queȝ sequi de
beret. Amemus ergo eum et inhereamus il
li caritate diffusa in cordibus nostris per Ro. 5.
spiritum sanctuȝ qui datus est nobis. Non
igitur miruȝ si propter exemplum quod no/
bis vt reformaremur ad imaginem dei pre/
bet imago equalis patri: cuȝ de sapientia scri
ptura loquitur: de filio loquitur queȝ sequi
mur viuēdo sapienter: quāuis et pater sit sa

pietia sicut lumen: τ deus. Spiritus quoqꝫ
sanctus siue summa caritas vtrunqꝫ coniun
j.Jo.4 gens: nosqꝫ subiungēs. Quod ideo non in
digne dicitur quia scriptū est: deus caritas
est: quomodo non est etiam sapientia: cū sit
lumen: quoniam deus lumen est. siue ergo
hoc modo siue alio modo essentia spūssancti
sigillatim ac proprie nominanda est qm deus
est: vtiqꝫ lumen est. Et qm lumen est: vtique
sapientia est. Deum aūt esse spūmsanctum:
j.Co.3 scriptura clamat apud apostolum qui dicit.
Nescitis quia templum dei estis. statimqꝫ
subijcit: τ spiritus dei habitat in vobis. De
us enim habitat in templo suo. Non enim
tanqꝫ minister habitat spiritus dei in templo
j Cor.6 dei. cum alio loco euidentius dicat: Nescitis
quia corpora vestra templum in vobis est
spiritussancti quē habetis a deo: et nō estis
vestri. empti enim estis precio magno. glo
rificate τ portate deum in corpore vestro.
Quid est autem sapientia nisi lumen spirita
le τ incōmutabile. Est enim τ sol iste lumen
sed corporale est: τ spiritalis creatura lumen
sed non incommutabile. Lumen ergo pater
lumen filius: lumen spiritussanctus. Simul
autem non tria lumina: sed vnum lumen.
Et ideo sapientia pater: sapientia filius: sa
pientia spiritussanctus: τ simul non tres sa
pientie: sed vna sapientia. τ quia hoc est ibi
esse quod sapere: vna essentia pater τ filius τ
spiritussanctus. Nec aliud est ibi esse quam
deum esse. Unus ergo deus: pater τ filius
τ spiritussanctus.

Quid vel a grecis vel a latinis necesse fue
rit dici de ineffabili trinitate.

Capitu. iiij.

Taqꝫ loquēdi causa de ineffabilibus
i vt fari aliquo modo possimus qd̓ effa
ri nullo modo possumus: dictū est a
nostris grecis vna essentia: tres substantie.
a latinis aūt vna essentia vel substātia: tres p
sone: quia sicut iam diximus: nō aliter in ser
mone nostro. id est latino essentia qꝫ substan
tia solet intelligi. Et dū itelligat̄ saltē i enig
mate qd̓ dicit̄: placuit ita dici vt diceret̄ aliqd
cū quereret̄ qd tria sint: que tria esse fides ve
ra pronunciat: cum τ patrem non dicit esse fi
liū: τ spiritūsanctum quod est donū dei nec
patrem dicit esse nec filium. Cum ergo que
rit̄ quid tria: vel qd tres: pferimus nos ad in
ueniendū aliquod speciale vel generale no
men quo cōplectamur hec tria: neqꝫ occurrit
aīo qꝛ excedit supereminētia diuinitatis vsi
tati eloquij facultatem. Uerius enim cogitat̄
deus qꝫ dicit̄: τ verius est qꝫ cogitat̄. Cum
enim dicimus: non eundē esse iacob qui est
abraā. isaac aūt nec abraam esse nec iacob:
tres esse vtiqꝫ fatemur abraā: isaac: τ iacob.
Sed cum querit̄ qd tres: respondemus tres
homines nomine speciali eos pluraliter ap
pellantes: generaliter autē si dicamus tria ani
malia. homo enim sicut veteres diffinierūt:
animal est rationale: mortale. Aut sicut scri
pture nostre loqui solent: tres animas cum a
parte meliore totū appellari placet. id est ab
anima: cum corpus τ anima sit totus homo.
Ita quippe dictum est in egyptum descen
disse cum iacob animas septuagintaquinqꝫ:
pro tot hominibus. Item cū dicimus equū
tuum non eum esse qui meus est: τ tertium
alicuius alterius: nec meum esse nec tuū: fa
temur tres esse. Et interroganti quid tres re
spondemus tres equos nomine speciali: ge
nerali aūt tria animalia. Itē cū dicimus bo
uem non esse equū: canem vero nec bouem
esse nec equū: tria quedā dicimus. τ percun
tantibus quid tria: nō iā speciali nomine di
cimus tres equos: aut tres: boues: aut tres
canes: quia nō eadem specie cōtinentur: sed
generali tria animalia: siue superiore genere
tres substantias: vel tres creaturas: vel tres
naturas. Quecunqꝫ autem plurali numero
enunciant̄: specialiter vno nomine: etiam ge
neraliter enunciari possunt. Nō aūt oīa que
generaliter vno nomine appellantur: etiam
specialiter appellare vno nomine possum⁹.
Nā tres equos quod est nomen speciale: eti
am animalia tria dicimus. Equū vero τ bo
uem: τ canem: animalia tria tm̄ dicimus vel
substantias que sunt generalia nomina: τ si
qd aliud de his generaliter dici potest. Tres
vero equos: aut boues: aut canes que specia
lia vocabula sunt: nō ea possum⁹ dicere. Ea
qppe vno nomine qꝫuis pluraliter enuncia
mus: que cōiter habent illud qd̓ eo nomine
significat̄. Abraā qppe τ isaac: τ iacob: cōe
habent id qd̓ est homo. Itaqꝫ dicuntur tres
homines. Equus quoqꝫ τ bos τ canis: cō
mune habent id quod est animal. Dicuntur
ergo tria animalia. Ita tres aliquas lau

ros: etiã tres arbore dicimus: laurum vero ⁊ mirtum: ⁊ oleam: tantum tres arbores vel tres substãtia : aut tres naturas. atq ita tres lapides: etiã tria corpora. lapidem vero ⁊ lignum ⁊ ferrũ: tm̃ tria corpora: vel si quo etiã superiore generali nomine dici possunt. Pater ergo ⁊ filius ⁊ spiritussanctus quoniaz tres sunt: queramus quid tres sunt: ⁊ quid cõmune habeant. Non eniz cõmune illis est id quod pater est: vt inuicem sibi sint patres: sicut amici: cum relatiue ad alterutrũ dicantur: possunt dici tres amici qꝛ inuicem sibi sunt. Non aũt hoc ibi: quia tantum pater ibi pater: nec duorum pater: sed vnici filij. Nec tres filij: cum pater ibi non sit filius nec spiritussanctus. Nec tres spiritussancti: quia ⁊ spiritussanctus propria significatione qua etiam donum dei dicit nec pater nec filius. Quid igitur tres. Si enim tres persone cõmune est eis id quod persona est: ergo speciale hoc: aut generale nomen est eis: si consuetudinem loquendi respicimus. Sed vbi est nature nulla diuersitas: ita ibi generaliter enunciantur aliqua plura vt etiam specialiter enunciari possint. Nature enim differentia facit: vt laurus ⁊ mirtus: ⁊ olea: aut equus: aut bos: aut canis. non dicantur speciali nomine: iste tres lauri: aut illi tres boues. sed generali: vt iste tres arbores: ⁊ illa tria animalia. Hic vero vbi nulla est essentie diuersitas: oportet vt speciale nomen habeant hec tria: quod tamen non inuenitur. Nam persona generale nomen est: intantum vt etiam homo possit hoc dici: cum tantum intersit inter hominem ⁊ deum. Deinde in ipso generali vocabulo: si propterea dicimus tres personas: quia cõmune est eis id quod persona est. Alioqn nullo modo possun ita dici quẽadmodum non dicuntur tres filij: quia non commune est eis id quod est filius: cur non etiam tres deos dicimus: certe eniz quia pater persona: ⁊ filius persona: ⁊ spiritussctũs pona: ideo tres persone. Quia ergo pater deus: ⁊ filius deus: ⁊ spiritussanctus deus: cur non tres dij. Aut quoniam pro ter ineffabilem coniunctionem hec tria simul vnus deus: cur non etiam vna persona: vt ita non possimus dicere tres personas: quãuis singulam quãq appellemus personam quẽadmodum non possumus dicere tres deos: quãuis quecq singulum appellemus deuz: siue patrem: siue filium: siue spiritũsanctum. An quia scriptura non dicit tres deos: sed nec tres personas alicubi scripturam cõmemorare inuenimus. An quia nec tres: nec vnam pesonam scriptura dicit hec tria. Legimus enim personam domini: non personam dominum: propterea licuit loquendi ⁊ disputandi necessitate tres psonas dicere. nõ quia sc iptu a dicit: sed qꝛ scriptura non contradicit. Si autem diceremu s tres deos: contradiceret scriptura dicens. Audi israel: dominus deus tuus deus vnus est. Cur ergo ⁊ tres essentias non licet dicere: quod similiter scriptura sicut non dicit: ita nec contradicit. Nam essentia si speciale nomen est cõmune tribus: cur non dicantur tres essentie: sicut abraaz: isaac: ⁊ iacob: tres homines quia homo speciale nomen est cõmune omnibus hominibus. Si autem spec ale nomen non est essentia: sed generale: quia homo ⁊ pecus: ⁊ arbor ⁊ sidus: ⁊ angelus dicitur essentia: cur nõ dicuntur iste tres essentie: sicut tres equi dicuntur tria animalia: et tres lauri dicuntur tres arbores: ⁊ tres lapides tria corpora. Aut si propter vnitatẽ trinitatis non dicuntur tres essentie: sed vna essentia: cur non propter eandem vnitatem non dicuntur tres substantie: vel psone: sed vna substantia ⁊ vna psona. Quam eniz ẽ illis cõmune nomen essentie: ita vt singulus quisq dicat essentia: tam illis commune est vel substantie vel psone vocabuluz. Quod enim de psonis secundũ nostrã: hoc de substantijs secundũ grecoꝝ cõsuetudinẽ ea que diximus oportet intelligi. Sic enim dicũt illi tres substantias vnaz essentiam: quemadmoduz nos dicimus tres psonas vnã essentiam vel substantiã. Quid igit: restat: nisi vt fateamur loquendi necessitate parta hec vocabula: cum opus esset copiosa disputatione aduersum insidias vel errores hereticoruz: Cũ enim conaret humana inopia loqnẽdo: ꝓferre ad hominum sensus: qđ i secretario: mentis ꝑ captu tenet: de domino deo creatore suo: siue ꝑ piam fidẽ: siue ꝑ qualemcunq intelligentiã: timuit dicere tres essentias: ne intelligeret in illa summa equalitate vlla diuersitas. Rursus nõ esse tria quedã: nõ poterat dicere qđ sabellius. quia dixit: in here

Deu. 6

sim lapsus ē. Certissime quippe τ de scripturis cognoscit qd pie credendum est: τ aspectu mentis indubitata perceptione perstringit: τ patrem esse τ filium τ spiritumsanctum: nec eundem filium esse qui pater est: nec spiritumsanctum eundem patrem esse vel filium. Quesiuit quid tria diceret: τ dixit substantias siue personas: quibus nominibus non diuersitatem intelligi voluit: sed singularitatem noluit: vt non solum ibi vnitas intelligatur: ex eo ꝙ dicitur vna essentia. Sed et trinitas: ex eo ꝙ dicuntur tres substātie vel psone. Nam si hoc est deo esse quod subsistere: ita non erant dicende tres substantie: vt non dicuntur tres essentie: quemadmodum quia hoc ē deo esse qd sapere: sicut non tres essentias: ita nec tres sapiētias dicim9. Sic enim quia hoc illi est deum esse quod est esse: tam tres essentias q̄ tres deos dici fas non est: Si autem aliud est deo esse: aliud subsistere: sicut aliud deo esse: aliud patrem esse vel dominum esse. quod enim est ad se dicitur. pater autem ad filium: τ dominus ad seruientem creaturam dicitur: relatiue ergo subsistit: sicut relatiue gignit: τ relatiue dominatur. Ita iam substantia non erit substantia: quia relatiuum erit. Sicut enim ab eo qd est esse appellatur essentia: ita ab eo qd est subsistere substantiam dicimus. Absurdum est autem: vt substantia relatiue dicat. Omnis enim res ad seipsam subsistit: quāto magis deus. Si tamen dignum ē: vt deus dicatur subsistere.

De substantia τ essentia.

Capitulum. v.

DE his enim rebus recte intelligitur: in quibus subiectis: sunt ea que in aliquo subiecto esse dicuntur: sicut color aut forma in corpore. Corpus enim subsistit: τ ideo substantia est. Illa vero in subsistente atque subiecto corpore: que non substantie sunt: sed in substantia. τ ideo si esse desinat: vel ille color. vel illa forma: non adimunt corpori esse corpus: quia non hoc ei ē esse: quod illam vel illam formam colorem retinere. Res vero mutabiles neque simplices proprie dicuntur substantie. Deus autem si subsistit vt substantia proprie dici possit: inest in eo aliquid tanq̄ in subiecto: et non est simplex: cui hoc sit esse quod illi est. τ quicquid aliud de illo ad illum dicitur: sicut magnus: omnipotens: bonus: τ si quid huiusmodi de deo nō incongrue dicitur. Nefas est autem dicere vt subsistat: τ subsit deus bonitati sue atque illa bonitas non substantia sit vel potius essentia: neque ipse deus sit bonitas sua: sed in illo sit tanq̄ in subiecto. Unde manifestum est deum abusiue substātiam vocari: vt nomine vsitatiore intelligatur essentia: quod vere τ proprie dicitur: ita vt fortasse solum deum dici oporteat essentiam. Est enim vere solus, qui incōmutabilis est: idque nomen suum famulo suo moysi enūtiauit: cum ait: Ego sum qui sum: Et dices Exo.
ad eos: qui est misit me ad vos. Sed tamen siue essentia dicatur quod proprie dicitur: siue substantia quod abusiue: vtrunque ad se dicitur: non relatiue ad aliquid. Unde hoc ē deo esse quod subsistere. τ ideo si vna essentia trinitas: vna etiam substātia. fortassis igitur cōmodius dicuntur tres persone: q̄ tres substantie.

De tribus personis vnius essentie.

Capitu. vi.

SEd ne vobis videar suffragari: hoc quoque requiramus. Quanq̄ τ illi sūt vellent sicut dicunt tres substantias: tres hypostases: possent dicere tres personas. tria prosopa. Illud autem maluerunt: quod forte secundum lingue sue consuetudinem aptius diceretur Namque τ in personis eadē ratio est. Non enim aliud est deo esse: aliud personā esse: sed omnino idem. Nam si esse ad se dicitur: persona vero relatiue: sic dicamus tres personas patrem τ filium τ spiritumsanctū: quemadmodum dicuntur aliqui tres amici: aut tres propinqui: aut tres vicini: ꝙ sint ad inuicem: non ꝙ vnusquisque eorum sit ad seipsum. Quapropter quilibet ex eis amicus est duorū ceterorum: aut propinquus: aut vicinus: quia hec nomina relatiuam significationem habent. Quid ergo non placet vt dicamus patrem personam esse filij: τ spiritussancti: aut filium personam esse patris τ spiritussancti: aut spiritumsanctum personam esse patris τ filij: Sed neque persona ita dici alicubi solet: neque in hac trinitate cum dicimus personam patris: aliud di-

cimus q̃ substantiam patris. Quo circa vt substantia patris ipse pater est: nõ quo pater est. sed quo est. ita ⁊ psona patris: non aliud q̃ ipse pater est. ad se quippe dicitur persona: non ad filium: vel spiritumsanctum. sicut ad se dicitur deus: ⁊ magnus: ⁊ bonus: ⁊ iustus: ⁊ si quid aliud huiusmodi. Et quemadmoduz hoc illi est esse q̃ deum esse: q̃ magnuz: q̃ bonum esse. ita hoc illi ẽ esse: q̃ personam esse. Cur ergo nõ hec tria simul vnã psonam dicimus: sicut vnam essentiã ⁊ vnũ deum. sed tres dicumus personas: cum tres deos: aut tres essentias nõ dicamus: nisi q̃ volumus: vel vnũ aliquod vocabulum seruire huic significationi qua intelligitur trinitas: ne omnino taceremus interroganti: quid tres: cum tres esse fateremur: Nam si genus est essentia. species autem substantia siue persona: vt nonnulli sentiunt: omitto illud quod iam dixi: oportere appellare tres essentias: vt appellantur tres substantie vel persone. sicut appellãtur tres equi eademq̃ animalia tria: cum sit species equus: animal genus. Neq̃ enim species ibi pluraliter dicta est: ⁊ genus singulariter: tanq̃ diceretur tres equi vnũ animal. sed sicut tres equi speciali nomine: ita tria animalia generali nomine. Quod si dicunt substantie: vel persone nomine non speciem significari: sed aliquid singulare atq̃ indiuiduum: vt substãtia vel persona: nõ ita dicat̃ sicut dicit̃ homo quod cõmune est omnibus hominibus. Sz quomodo dicitur hic homo. velut abraam: velut isaac: velut iacob: vel si quis alius qui etiam digito presens demonstrari possit. sic quoq̃ illos eadẽ ratio ꝓsequet̃. Sicut enim dicuntur abraam: isaac ⁊ iacob tria indiuidua ita tres homines: ⁊ tres anime. Cur ergo pater ⁊ filius ⁊ spiritussanctus: si secũduz genus ⁊ speciem ⁊ indiuiduũ etiã ista differimus: non ita dicuntur tres essentie vt tres substantie seu persone: sed hec vt dixi omitto. Illud dico: si essentia genus est: vna essentia iam non habet species. sicut quia genus est animal: vnuz animal iam nõ habet species. Non sunt ergo tres species vnius essentie: pater ⁊ filius ⁊ spiritussanctus. Si autẽ species est essentia: sicut species est homo. tres vero ille quas appellamus substantias siue personas. sic eandem speciẽ cõmuniter habent: quemadmoduz abraam ⁊ isaac ⁊ iacob. speciem que homo dicitur communiter habent. nõ sicut homo subdiuiditur in abraam: isaac: ⁊ iacob. ita vnus homo ⁊ in aliquos singulos homines subdiuidi potest. oĩno enim non potest: quia vnus homo iam singulus homo est. Cur ergo vna essentia in tres substantias vel personas subdiuiditur. Nam si essentia species est sicut homo: sic est vna essentia sicut vnus homo: an sicut dicimus aliquos tres homines eiusdem sexus: eiusd tẽperatiõis corporis: eiusdemq̃ animi vnaz esse naturã. tres eniz sunt homines: sed vna natura. Sic etiam ibi dicimus tres substantias vnã essentiã: aut tres personas vnaz substãtiaz vel essentiã. Hoc vero vtcunq̃ simile est: quia ⁊ veteres qui latine locuti sunt: antequaz haberent ista nomina: que non diu est vt in vsum venerunt. id est essentiam vel substantiaz pro his naturã dicebant. Nõ itaq̃ secunduz genus ⁊ species ista dicimus: sed quasi secundũ cõmunẽ eandeq̃ materiem. Sicut ex eodem auro si fierent tres statue: diceremus tres statuas vnũ aurum. nec tamen diceremus genus aurũ: species autẽ statuas. nec aurum speciem: statuas vero indiuidua. Nulla quippe species indiuidua sua transgreditur: vt aliquid extra comprehendat. Cuz eniz diffiniero quid sit homo: quod est nomen speciale: singuli quiq̃ homines qui sunt indiuidua eadem diffinitiõe cõtinẽtur: nec aliquid ad eã pertinet quod homo non sit. Cum vero aurũ diffiniero: nõ sole statue si auree fuerint: sed et anuli: ⁊ si quid aliud de auro fuerit ad aurum pertinebit: ⁊ si nihil inde fiat: aurum dicitur q̃ etiaz si nõ sint auree: nõ ideo nõ erunt statue. Item nulla species excedit diffinitionez generis sui. Cum enim diffiniero animal: quoniã generis huius species est equus: omnis equus animal est: nõ autez statua oĩs aurum est. Ideo quãuis in tribus statuis aureis: recte dicamus tres statuas vnum auruz: non tamẽ ita dicimus vt genus aurum: species vero statuas intelligamus. Nec sic ergo trinitatẽ dicimus tres personas vel substantias: vnam essentiam ⁊ vnum deum: tanquã ex vna materia tria quedaz subsistãt: etiã si quicquid illud est: in his tribus explicatum sit. Non eniz aliquid aliud eius essentie est:

pꝛeter istā trinitatem: tamen tres personas
eiusdē essentie vel tres personas vnaꝫ essen
tiam dicimus. tres auteꝫ personas ex eadeꝫ
essentia nō dicimus: quasi aliud ibi sit quod
essentia est: aliud quod persona. sicut tres
statuas ex eodeꝫ auro possumus dicere. Ali
ud eniꝫ illic est esse auruꝫ: aliud esse statuas.
Et cuꝫ dicuntur tres homines vna natura:
vel tres homines eiusdē nature possunt etiā
dici tres homines ex eadem natura: quia ex
eadē natura: ⁊ alij tres homines possunt exi
stere. In illa vero essentia trinitatis: nullo mō
alia q̄libet ꝑsona ex eadē essentia potest existe
re. Deinde in his rebus non tantū est vnus
homo: quantū tres homines simul. Et plus
sunt aliquid homines duo: q̄ꝫ vnus homo.
Et in statuis equalibus plus auri est tres si/
mul: q̄ꝫ singule statue. ⁊ minus auri est vna
q̄ꝫ due. At in deo nō ita est. Nō eniꝫ maioꝛ
essentia est pater, ⁊ filius ⁊ spiritussanctus si
mul q̄ꝫ solus pater aut filius. Sꝫ tres simul
ille substantie siue ꝑsone si ita dicende sunt:
equales sunt singulis: quod animalis homo
non percipit. Non enim potest cogitare nisi
moles ⁊ spacia: vel minuta vel grandia voli
tantibus i animo eius phātasmatibus: tāq̄ꝫ
imaginibus coꝛpoꝛū. Ex qua imunditia, do
nec purget: credat in patrem ⁊ filium ⁊ spiri
tumsanctum: vnuꝫ deum: solum: magnum
omnipotentē: bonuꝫ: iustum: misericoꝛdē:
omnium visibiliū ⁊ inuisibiliuꝫ cōditoꝛem.
⁊ quicquid de illo ꝓ humana facultate digne
vereq̄ꝫ dici potest. Neq̄ꝫ cū audierit patrem
solum deū: separet inde filium: aut spiritum
sanctū. Cum eo quippe solus deus: cū quo ⁊
vnus deus ē: q2 ⁊ filiū cū audimus solū deū
sine vlla separatione patris aut spiritus san
cti opoꝛtet accipere: atq̄ꝫ ita dicat vnaꝫ essen
tiaꝫ: vt nō existimet aliud alio vel maius vel
melius: vel ex aliqua parte diuersum. Non
tamē vt pater ipse sit ⁊ filius ⁊ spūssanctus: ⁊
quicq̄d aliud ad alterutrū singula dicuntur.
sicut verbū quod non dicit̄ nisi filius: aut do
nuꝫ qđ non dicit̄ nisi spiritussanctus. ꝓpter
quod etiam pluralē numerum admittunt: si
Joh. jo cut in euangelio scriptū est: Ego ⁊ pater vnū
sumus. Et vnum dixit: ⁊ sumus. Vnuꝫ se
cundū essentiam qđ ideꝫ deus. sumus secun
dum relatiuū: quod ille pater: hic filius. Ali
quando ⁊ tacetur vnitas essentie: ⁊ sola plu
raliter relatiua cōmemoꝛantur. Veniemus ibi. 14
ad eū ego ⁊ pater: ⁊ habitabimus apud euꝫ.
Veniemus ⁊ habitabimus pluralis nume
rus est: q2 ꝑdictuꝫ ē: Ego ⁊ pater. id ē pater
⁊ filius: que relatiue ad inuiceꝫ dicunt̄. Ali/
quādo latenter omnino: sicut i genesi: Faci/ Gen.
amus hominē ad imaginem ⁊ similitudinē
nostrā. Et faciamus: ⁊ nostrā: pluraliter di
ctū est: ⁊ nisi ex relatiuis accipi nō pōt. Non
enim vt facerent dij: aut ad imaginē ⁊ simili
tudinem deoꝝ: sed vt facerent pater ⁊ filius
⁊ spūssanctus ad imaginē patris ⁊ filij ⁊ spi/
ritussancti: vt subsisteret homo imago dei.
Deus autem trinitas. Sed quia non omni
no equalis fiebat illa imago dei: tanq̄ꝫ non
ab illo nata: sed ab eo creata. Huius rei sig
nificande causa ita imago est: vt ad imaginē
sit id est non equatur parilitate: sed quadam
similitudine accedit. Non enim locoꝛū inter
uallis: sed similitudine acceditur ad deum: ⁊
dissimilitudine receditur ab eo. Sunt eniꝫ
qui ita distinguunt vt imaginem velint esse
filium. hominem vero non imaginem: sed
ad imaginē. Refellit autē eos apostolus di
cens: Vir quidem non debet velare caput: j Cō.
cū sit imago ⁊ gloꝛia dei. Non dixit ad ima
ginem: sed imago. Que tamen imago cum
alibi dicitur: Ad imaginem: non quasi ad fi Gen.
lium dicit̄: que imago equalis est patri: alio
quin non diceret ad imginē nostram. Quo
modo enim nostram: cum filius solius pa/
tris imago sit. Sed propter impareꝫ vt di/
ximus similitudinē: dictus est homo ad ima
ginem. ⁊ ideo nostrā. vt imago trinitatis es
set homo: nō trinitati equalis sicut filius pa/
tri: sed accedens vt dictum est quadam simi
litudine. sicut in distantibus significatur que/
dam vicinitas: non loci: sed cuiusdam imita
tionis. Ad hoc enim eis ⁊ dicitur: Refoꝛ/ Ro. j
mamini in nouitate mentis vestre. Quibus
item dicit: Estote itaq̄ꝫ imitatoꝛes dei sicut Eph.
filij carissimi. Nouo enim homini dicitur: Colo.
Qui renouatur in agnitioneꝫ dei: secunduꝫ
imaginē eius qui creauit eum. Aut si iaꝫ pla
cet ꝓpter disputandi necessitatem: etiam ex/
ceptis nominibus relatiuis pluraleꝫ nume/
ruꝫ admittere: vt vno nomine respondeat̄:
cū queritur: quod tria: ⁊ dicere tres substan/
tias: siue tres personas. nulle moles aut in
terualla cogitentur: nulla distantia quantu/

lecunq3 dissimilitudinis: aut vt intelligatur aliud alio, vel paulo minus quocunq3 modo minus esse aliud alio potest: vt neq3 persona ru3 sit confusio: nec talis distinctio qua sit im par aliquid. Quod si intellectu capi nõ põt: fide teneatur: donec illucescat in cordibus ille: qui ait per prophetam. Nisi credideritis nõ intelligetis.

Explicit liber septimus.

Incipiũt capitula libri octaui.

Aurelij augustini proemiũ in librũ. viij.

Diximus alibi ea dici proprie in illa trinitate distincte ad singulas perso/nas pertinẽtia: que relatiue dicũtur ad inuicẽ: sicut pater τ filius τ vtriusq3 donũ spiritussanctus. Nõ eni pater trinitas: aut filius trinitas: aut trinitas donum. Quod vero ad se dicũtur singuli: nõ dici pluraliter tres: sed vnã ipa3 trinitatẽ: sicut deus pater: deus filius: deus spiritussanctus. Et dñs pater: dñs filius: dñs spiritussanctus. Et omnipotẽs pater: oĩpotens filius: oĩpo/tẽs spiritussanctus. Nec tñ tres dij: aut tres dñi: aut tres oĩpotentes. Sed vnus deus: dominus: oĩpotẽs: ipsa trinitas: τ quicquid aliud: nõ ad inuicẽ relatiue: sed ad se singuli dicũtur. Hoc eni3 secundũ essentia3 dicũtur quia hoc est ibi esse: q̃ magnũ esse: q̃ bonũ: q̃ sapientẽ esse: τ quicquid aliud ad se vna/queq3 ibi persona: vel ipsa trinitas dicitur. Ideoq3 dici tres personas: vel tres substã/tias: nõ vt aliqua itelligatur diuersitas essen tie: sed vt vel vno aliquo vocabulo respõde/ri possit: cũ dicitur quid tres: vel quid tria: tã tãq3 esse equalitatẽ in ea trinitate: vt non solũ pater nõ sit maior quã filius: quod attinet ad diuinitatẽ: sed nec pater τ filius simul maius aliquid sint quã spiritussanctus: aut singula queq3 persona quelibet triũ: minus aliqd sit quã ipsa trinitas. Dicta sunt hec: τ si sepius versando repetantur: familiarius quidẽ ĩno tescunt. Sed τ modus aliquis adhibẽdus ẽ: deoq3 supplicandũ deuotissima pietate: vt in tellectũ aperiat: τ studiũ cõtentionis assumat quo possit mente cerni essentia veritatis: si/ne vlla mole: sine vlla mobilitate. Nũc itaq3 in quantũ ipse adiuuat creator mire miseri/cors: attendamus hec que modo tã interio/ra quã superiora tractabimus: cũ sit eadẽ ser uata illa regula: vt quod intellectui nostro nõ dũ eluxerit: a firmitate fidei nõ dimittatur.

De indifferenti magnitudine trinitatis in qua non est plus ipsa trinitas simul quã sin/gula queq3 persona.

Capi. primũ.

Dicimus eni3 non esse in hac tri/nitate maius aliquid duas aut tres personas quã vnã earũ: qd̃ nõ capit cõsuetudo carnalis: nõ ob aliud nisi: quia vera que crea ta sunt sentit vt potest: veritate3 autẽ ipsã qua creata sunt nõ po/test intueri. Nã si posset: nullo modo esset lux ista corporea manifestior quã hoc quod di ximus. In substantia quippe veritatis: quo niã sola vera est: nõ est maior aliqua: nisi que verius est. Quicquid autẽ intelligibile atq3 incõmutabile est: nõ aliud alio verius est: q2 eque incõmutabiliter eternu3 est. Nec quod ibi magnũ dicitur: aliũde magnũ est: quã eo quod vere est. Quapropter vbi magnitudo ipsa veritas est: quicquid plus habet magni/tudinis: necesse est vt plus habeat veritatis. Quicquid ergo plus veritatis nõ habet: nõ habet plus etiã magnitudinis. Porro qcqd

plus habet veritatis: pfecto verius est: sicut maius ē qđ plus habet magnitudinis: hoc ergo ibi est maius qđ verius. Non autē verius ē pater ⁊ filius simul: q̃ singulus pater: aut singulus filius. Nō igitur maius aliqd vtrūq3 simul: q̃ singulū eorū. Et qm̄ eque vere ē etiā spiritussanctus: nec pater ⁊ filius simul: maius aliquid est q̃ ipse: q2 nec verius ē. Pater quoq3 ⁊ spiritussanctus simul: qm̄ veritate nō superant filiū. Nō enim verius sunt: nec magnitudine superant. Atq3 ita filius ⁊ spiritussanctus simul: tam magnum aliquid sunt: q̃ pater solus: q2 tam vere sunt. Sic ⁊ ipsa trinitas tā magnum est: q̃ vnaquecq3 ibi psona. Nō eniz ibi maior ē que verior nō est: vbi est ipsa veritas magnitudo. Quia in essentia veritatis: hoc est verū esse qđ est esse: ⁊ hoc est esse qđ est magnū esse. hoc ergo magnū esse: qđ verū esse. Qđ igit̄ ibi eque verū est: etiam eque magnum sit: necesse est.

Qđ de essentia veritatis q̄ ē trinitas de⁹ nihil corporeū neq3 mutabile debeat cogitari.

Capi. ij.

In corporibus autem fieri potest: vt eque verum sit hoc aurū atq3 illud: sed maius hoc sit q̃ illud: q2 non eadem ibi est magnitudo que veritas. Aliudq3 illi est aurū esse: aliud magnū esse. Sic ⁊ in animi natura: secundū q̄ dicit̄ magnus animus non secundum hoc dicitur verus animus. Animū enim verū habet etiam q nō ē magnanimus: quādo qdē corporis ⁊ animi essentia: nō est ipsius veritatis essentia: sicut est trinitas deus vnus: solus: magnus: verus: verax: veritas. Quē si cogitare cōamur quantū sinit ⁊ donat: nullus cogitetur p locorū spacia contactus aut complexus. quasi triū corporum nulla cōpago iuncture: sicut tricorporē gerionē fabule ferūt: s3 quicqd animo tale occurrerit: vt maius sit i trib⁹ q̃ i singulis: minusq3 in vno q̃ i duobus: sine vlla dubitatione respuat̄. Ita eniz respuit̄ esse corporeū. In spiritalibus autē: omne mutabile qđ occurrerit nō putet̄ de⁹. Nō enim parue noticie pars est: cuz de profundo isto in illā summitatem respiramus: si anteq̃ scire possumus quid sit deus: possumus iā scire quid nō sit. Non est enim certe nec terra: nec celū: nec quasi terra ⁊ celū: nec tale aliqd quale videmus i celo: nec quicquid tale nō videmus: ⁊ est fortassis in celo. Nec si augeas imaginatiōe cogitatiōis lucē solis quantū potes: siue quo sit maior: siue quo sit clarior: millies tantum: aut innumerabiliter: neq3 hoc est deus. Nec sicut cogitant̄ angeli mūdi spiritus celestia corpora inspirantes: atq3 ad arbitriū quo seruiunt deo nutantes atq3 versantes: nec si oēs cum sint milia milium in vnū collati: vnus fiant. nec tale aliqd deus ē. Nec si eosdē spiritus sine corporib⁹ cogites: qđ quidem carnali cogitationi difficillimū ē. Ecce vide si potes O aīa pgrauata corpore qđ corrumpit̄: ⁊ onusta terrenis cogitationibus multis ⁊ varijs: ecce vide si potes: deus veritas est. Hoc eniz scriptū ē: Quoniā deus lux est. non quā isti oculi vident: sed quā videt cor: cū audit veritas est. j. Jo.
Noli querere qd sit veritas: statiz enim se opponūt caligines imaginū corporalium: ⁊ nubila phātasmatū: ⁊ pturbabunt serenitatem: que primo ictu diluxit tibi: cū dicerē veritas. Ecce i ipso primo ictu: quo velut coruscatione perstringeris: cū dicit̄ veritas. Mane si potes: sed nō potes. Relaberis in ista solita atq3 terrena. Quo tandē pondere queso relaberis nisi sordiū contractarū cupiditatis visco ⁊ peregrinationis erroribus.

De vero summo et vno bono.

Capitu. iij.

Ecce iteruz vide si potes. Nō amas certe nisi bonuz: quia bona est terra altitudine montiū ⁊ temperamento colliū: ⁊ planicie camporū: ⁊ bonuz pdium. amenū ⁊ fertile: ⁊ bona dom⁹: paribus mēbris disposita: ⁊ āpla: ⁊ lucida: ⁊ bōa animalia animata corpora: ⁊ bonus aer modestus ⁊ salubris: ⁊ bonus cibus suauis atq3 aptus valitudini: ⁊ bona valitudo sine doloribus ⁊ lassitudine: ⁊ bona facies hominis dimensa pariliter ⁊ affecta hilariter ⁊ luculenter colorata. Et bonus animus amici consensionis dulcedine ⁊ amoris fide. Et bon⁹ vir iust⁹: ⁊ bone diuitie: q2 facile expediunt. Et bonū celuz cum sole ⁊ luna ⁊ stellis suis. Et boni angeli. sancta obediētia. Et bona locutio suauiter docens: ⁊ congruenter monens audientem. Et bonū carmen: canorū numeris: ⁊ sententijs graue. Quid plura ⁊ plura: Bo-

nū hoc: & bonū illud. Tolle hoc & illud: & vi/
de ipsum bonum si potes: ita deum videbis.
Non alio bono bonum: sed bonum omnis
boni. Neq; enim in his omnibus vel que cō
memoraui: vel que alia cernunt̄ siue cogitan
tur: diceremus aliud alio melius cū vere iu
dicamus: nisi esset nobis impressa notio ipsi
us boni: secūdum q̄ & ꝓbaremus aliquid:
& aliud alij preponeremus. Sic amādus de
us: nō hoc & illud bonū: sꝫ ipsū bonū. Que
rendū enim bonū anime: nō cui supuolitet
iudicando: sed cui hereat amando. Et qd
hoc nisi deus. Nō bonus animus: aut bonꝰ
angelus: aut bonū celū: sed bonū bonū. Sic
enim forte facilius aduertit̄: quid velim dice
re. Cū eniꝫ audio: verbi gratia: q̄ dicit̄ aius
bonus: sicut duo verba sunt: ita ex eis vbis
duo quedā intelligo. Aliud quo animus est:
aliud quo bonus. Et quidē vt animus esset:
nō egit ipse aliqd. Nō enim iaꝫ erat: qui age
ret vt esset. Vt aūt sit bonus animus: video
agendū esse voluntate. non quia idipsū quo
animus est: nō est aliquid boni. Nam vnde
iam dicitur & verissime dicitur corpore me/
lior: sed ideo nondū dicit̄ bonus animus: q̄
restat ei actio voluntatis: qua sit prestantior:
quā si neglexerit: iure culpatur: recteq; dicit̄
nō bonus animus. Distat enim ab eo q̄ hoc
agit. Et quia ille laudabilis: profecto iste qui
hoc nō agit vituperabilis est. Cū vero agit
hoc studio: & fit bonus animus: nisi se ad ali/
quid ꝯuertat quod ipse nō est: nō potest hoc
assequi. Quo se aūt ꝯuertit vt fiat bonus ani
mus: nisi ad bonū: cū hoc amat & appetit: et
adipiscitur. Vnde si rursus se auertat: fiatq;
nō bonus: hoc ipso q̄ se auertit a bono: nisi
maneat in se illud bonū vnde se auertit: nō
est quo se iterum si voluerit emendare cōuer
tat. Quapropter nulla essent mutabilia bona
nisi esset incōmutabile bonum. Cum itaque
audis bonum hoc & bonū illud: que possunt
alias dici etiam nō bona: si potueris sine il/
lis que participatione boni bona sunt: perspi
cere ipsum bonum: cuius participatione bo/
na sunt. simul eniꝫ & ipsam intelligis cum au
dis hoc aut illud bonum. Si ergo potueris:
illis detractis ꝑ seipsum perspicere bonū: ꝑ/
spexeris deū: Et si amore inheseris: cōtinuo
beatificaberis. Pudeat aūt eū alia nō amen
tur: nisi q̄ bona sunt: eis inherendo nō ama
re bonū ipsum: vnde bona sunt. Illud etiam
qđ animus tantū q̄ est animus: etiā nōdū co
modo bonus quo se ꝯuertit ad incōmutabile
bonū: sed vt dixi tantū animus: cū ita nobis
placet vt eū omni etiā luci corporee cū bene
intelligimus preferamus: nō in seipso nobis
placet: sed in illa arte qua factꝰ est. Inde eniꝫ
approbat̄ factus vbi videt̄ fuisse faciendus:
hec est veritas: & simplex bonum. Nō enim
est aliud aliqd q̄ꝫ ipsū bonū: ac ꝑ hoc etiā sū/
mū bonū. Non enim minui vel augeri bo/
nū potest: nisi qđ ex alio bono bonū est. Ad
hoc se igit̄ animus fit. Tūc ergo volūtas na/
ture cōgruit vt ꝑficiat̄ in bono animus: cum
illud bonū diligit̄ conuersione volūtatis: vn
de est & illud qđ nō amittit̄: nec auersione vo
lūtatis. Auertendo eniꝫ sese a summo bono
amittit animus vt sit bonus animus: nō aūt
amittit vt sit animus: cū & hoc iā bonū sit cor
pore melius. hoc ergo amittit voluntas: qđ
voluntas adipiscit̄. Jam eniꝫ erat animus q̄
cōuerti ad id vellet a quo erat. Qui autē vel
let esse anteq̄ꝫ esset: nondū erat. & hoc est bo/
nū nostrum vbi videmus vtrū esse debue
rit aut debeat quicquid esse debuisse: aut de/
bere comprehendimus: & vbi videmus esse
non potuisse nisi esse debuisset: quicquid etiā Act. 17
quomō esse debuerit cōprehendimus. Hoc
ergo bonum non longe positum est ab vno/
quoq; nostrum. In illo enim viuimus: mo
uemur: & sumus.

De dilectione in deum per fidem.
Capitulū. iij.

Sed dilectione standū est ad illud: & in
herendū illi: vt presente perfruamur 2 Cō. 5
a quo sumus: quo absente nec esse pos
sumus. Cū enim ꝑ fidē adhuc ambulamꝰ:
nō ꝑ speciē: nōdū vtiq; videmus deū, sicut
idē ait: facie ad faciē: quē tū nisi nunc iam di/
ligamus: nunq̄ꝫ videbimus. Sed quis dili/
git quod ignorat. Sciri enim aliqd & nō dili
gi potest. Diligi aūt quod nescit̄: quero vtrū
possit: quia si non potest: nemo diligit deū an
teq̄ꝫ sciat. Et quid est deum scire: nisi cū mē
te conspicere: firmeq; percipere. Non enim
corpus est vt carneis oculis inquiratur. Sꝫ
& priusq̄ꝫ valeamus conspicere atq; ꝑcipere
deū: sicut cōspici & percipi potest: qđ mundis

Mat. 5 cordibus licet. Beati eniȝ mundicordes: qȝ
deuȝ videbunt. nisi per fideȝ diligaẜ: non po
terit cor mundari: quo ad euȝ videndum sit
aptum ⁊ idoneuȝ. Ubi sunt eniȝ illa tria: pro
pter que in animo edificanda: omniũ diuino
ruȝ librorũ machinamẽta cõsurgunt: fides:
spes: caritas: nisi in aio credẽte quod nondũ
videt: ⁊ sperãte atqȝ amãte quod credit. ama
tur ergo ⁊ quod ignoraẜ: sed tñ creditur. Ni
mirũ autẽ cauendũ est: ne credẽs animus id
j. Thi. j quod nõ videt fingat sibi aliquid quod nõ ẽ:
⁊ speret diligatqȝ quod falsuȝ est. Quod si
fit: nõ erit caritas de corde puro ⁊ cõscientia
bona: ⁊ fide non ficta: que finis precepti est:
sicut apostolus dicit. Necesse est autem cum
aliqua corporalia lecta vel audita que non vi
dimus: credimus. fingat sibi aliquid aĩus in
liniamentis formisqȝ corporũ: sicut occurrit
cogitanti: quod aut veruȝ nõ sit: aut etiaȝ si
veruȝ est quod rarissime potest accidere: non
hoc tamẽ fide vt teneamus quicquã prodest
sed aliud aliquid vtile: quod per hoc insinua/
tur. Quis eniȝ legentiuȝ vel audientiuȝ que
scripsit apostolus paulus: vl' q̃ de illo scripta
sunt: nõ fingat animo: ⁊ ipsius apostoli faciẽ
⁊ omniuȝ quorum ibi nomina cõmemorn/
tur. Et cuȝ in tanta hominũ multitudine qui
bus ille littere notescunt: alius aliter liniamẽ
ta figuramqȝ illoruȝ corporuȝ cogitet: vtiqȝ
incertum est. Neqȝ ibi occupatur fides no/
stra: qua facie corporis fuerint illi homines:
sed tantuȝ quia per dei gratiam ita vixerunt:
⁊ ea gesserunt que scriptura illa testatur: hoc
⁊ vtile est credere: ⁊ nõ desperandũ: ⁊ appe/
renduȝ. Nam ⁊ ipsius domini facies carnis
inumerabiliũ cogitationũ diuersitate varia/
tur ⁊ fingitur: que tñ vna erat: quecũqȝ erat.
Neqȝ eniȝ in fide nostra quã de domino ie/
su christo habemus: illud salubre est quod si/
bi animus fingit: longe fortasse aliter quam
res se habet. Sed illud quod secundũ speciẽ
de homine cogitamus. habemus eniȝ quasi
regulariter infixaȝ humane nature noticiaȝ:
secundũ quaȝ quicquid tale aspicimus: statiȝ
hominem esse cognoscimus vl' hominis for
maȝ.

De sacramẽto icarnatiõis dñi et saluatoris
nostri iesu christi.

Capitu. v.

Secundũ hanc notitiaȝ cogitatio no/
stra informatur: cum credimus pro
nobis deuȝ homineȝ factuȝ: ad hu/
militatis exempluȝ: ⁊ ad demonstrã
daȝ erga nos dilectioneȝ dei. Hoc eniȝ no/
bis prodest credere: ⁊ firmuȝ atqȝ inconcus/
sum corde retinere: scilicet humilitateȝ qua
natus est deus ex femina: ⁊ a mortalibus p
tantas cõtumelias perductus ad morteȝ: sũ/
muȝ esse medicamẽtuȝ: quo superbie nostre
sanaretur tumor: ⁊ altuȝ sacramẽtuȝ quo pec
cati vinculuȝ solueretur. Sic ⁊ virtuteȝ mi/
raculoruȝ ipsius ⁊ resurrectionis eius: quo/
niaȝ nouimus quid sit omnipotentia: de om
nipotente deo credimus: ⁊ secunduȝ species
⁊ genera reruȝ vel natura insita: vel experiẽ
tia collecta: de factis huiusmodi cogitamus:
vt non ficta sit fides nostra. Neqȝ eniȝ no/
uimus facieȝ virginis marie: ex qua ille a vi
ro itacta: neqȝ in ipso partu corrupta mirabi
liter natus est. Nec quibus mẽbroruȝ linia/ Joh. ij
mentis fuerit lazarus: nec bethaniaȝ: nec se/
pulchruȝ: lapidemqȝ illuȝ quẽ remoueri ius
sit cũ eum resuscitaret vidimus. nec monu/
mentũ nouũ excisuȝ in petra vnde ipse resur mat. 27
rexit. nec montẽ oliueti vnde ascendit in ce/
luȝ. Neqȝ omnino scimus quicunqȝ ista nõ
vidimus: an ita sint vt ea cogitamus: immo
vero probabilius existimamus non esse ita.
Nanqȝ cũ alicuius facies vel loci vel homi/
nis: vel cuiuslibet corporis eadẽ occurrerit
oculis nostris que occurrebat animo: cũ caȝ
priusqȝ videremus cogitabamus: non par/
uo miraculo mouemur. Ita raro ⁊ pene nũ
quã accidit: ⁊ tamẽ ea firmissime credimus:
quia secundũ specialẽ generalẽqȝ notitiã que
certa nobis est cogitamus. Credimus eniȝ
dominũ iesum christũ natũ de virgine que
maria vocabatur. Quid sit autẽ virgo: ⁊ qd
sit nasci: ⁊ quid sit nomen propriũ non credi
mus: sed prorsus nouimus. Utrũ autẽ illa
facies marie fuerit que occurrit animo cum
ista loquimur aut recordamur: nec nouim⁹
omnino: nec credimus. Itaqȝ hic salua fide
licet dicere: forte talẽ habebat faciẽ: forte non
talẽ. forte autẽ de virgine natus est christus
nemo salua fide christiana dixerit. Quãob/
rẽ quoniam trinitatis eternitatẽ: ⁊ equalitatẽ
⁊ vnitatẽ quantũ datur intelligere cupimus
prius autem quã intelligamus credere debe

mus: vigilandū nobis est ne ficta sit fides nostra. Eadem quippe trinitate fruendū est: vt beate viuamus. Si autem falsum de illa crediderimus: inanis erit spes: & non casta caritas. Quomodo igitur eam trinitatē quā non nouimus: credendo diligimus. An secundum specialem generalēue noticiā: secūdum quā diligimus apostolū paulum. Qui etiam si non ea facie fuit que nobis occurrit de illo cogitantibus: & hoc penitus ignoramus: nouimus tamē quid sit homo. Vt eniz longe nō eamus: hoc sumus. id est homo: & illū hoc fuisse: & animā eius corpori copulatā mortaliter vixisse manifestuz est. Hoc ergo de illo credimus: quod inuenimus in nobis iuxta specialez vel genus: quo humana omnis natura pariter cōtinetur. Quid igitur de illa excellentia trinitatis siue specialiter siue generaliter nouimus: quasi multe sint tales trinitates: quarum aliquas experti sumus: vt per regulam similitudinis impressaz vel specialem vel generalem noticiam: illam quoqz talem esse credamus: atqz ita rem quā credimus & nōdū nouimus: ex parilitate rei quā nouimus diligamus. Quod vtiqz nō ita ē. An quēadmodū diligimus in dn̄o iesu christo q̄ resurrexit a mortuis: q̄uis inde neminem vnquā resurrexisse viderimus. Ita trinitatem quā non videmus: & qualem nullaz vnquā vidimus possumus credendo diligere. Sed quid sit mori: & quid sit viuere: vtiqz scimus: quia & viximus: & mortuos ac morientes aliquando vidimus & experti sum⁹. Quid est aūt aliud resurgere: nisi reuiuiscere. id est ex morte ad vitam redire. Cum ergo dicimus & credimus esse trinitatem: nouimus quid sit trinitas: quia nouimus quid sint tria: sed nō hoc diligimus. Nā id vbi volumus facile habemus: vt alia omittam: vel micando digitis tribus: an vero diligimus: non q̄ omnis trinitas: sed q̄ trinitas deus. Hoc ergo diligimus in trinitate: quod deus est. sed deū nullū aliū vidimus aut nouimus: quia vnus est deus: ille solus quem nondū vidimus: & credendo diligimus. Sz ex qua rerum notarum similitudine vel comparatione credamus: quod etiam nondū notum deum diligamus: hoc querit.

Quid in sanctis quos non vidimus diligamus. Capi. vi.

Edi ergo mecum: & cōsideremus cur diligamus apostolum. Nunquid nā propter humanam speciem quam notissimam habemus: eo q̄ credimus eum hominem fuisse. non vtiqz. Alioquin nunc nō est quem diligamus: quando quidem homo ille iam non est. Anima enim eius a corpore separata est. Sed id qđ in illo amamus: etiaz nunc viuere credimus. Amamus enim animum iustum. Ex qua ergo generali aut speciali regula: nisi quia scimus: & quid sit animus: & quid sit iustus. Et animus quidē qđ sit: non incongrue nos dicimus ideo nosse quia & nos habemus animū. Neqz eniz vnquā oculis vidimus: & ex similitudine visorū plurium: notionē generalem specialēue percepimus: sed potius vt dixi: q: & nos habemus. Quid enim tam intime scit: seqz ipsuz esse sentit: q̄z id quo etiā cetera sentiunt. id ē ipse animus. Nā & motus corporuz quibus preter nos alios viuere sentimus: ex nostra similitudine agnoscimus: quia & nos ita mouemus corpus viuēdo: sicut illa corpora moueri aduertimus. Neqz enim cum corpus viuuz mouetur: aperitur vlla via oculis nostris ad videndū animū: rem scilicet que oculis videri non potest: sed illi moli aliquid inesse sentimus: quale nobis inest admouendum similiter molē nostraz: quod est vita & anima. Neqz enim quasi humane prudentie rationisqz proprium est. Et bestie quippe sentiunt viuere: non tantuz seipsas: sed etiaz seinuicem atqz alterutrum & nosipsos. Nec animas nostras vident: sed ex motibus corporis: idqz statim & facillime quadam cōspiratione naturali. Animum igitur cuiuslibet ex nostro nouimus: & ex nostro credimus quez nouimus. Nō eniz tm̄ sentimus aīuz: sz etiā scire possumus qđ sit aīus ↄsideratione nr̄i. habemus eniz animū. Sed quid sit iustus: vn̄ nouimus. Dixeramus enim nos apostolum non alia causa diligere: nisi q̄ sit iustus animus. Nouimus ergo & quid sit iustus: sicut quid animus. Sed quid sit animus: vt dictuz est nouimus ex nobis. Inest eniz animus nobis. quid autem sit iustus vnde nouimus: si iusti nō sumus. Quod si nemo nouit quid sit iustus nisi qui iustus est: nemo diligit iustum nisi iustus. Nemo enim potest

diligere queʒ iustuʒ esse credit ob hoc ipsum quia iustuʒ esse credit: si quid sit iustus igno/rat. Secunduʒ ꝙ superius demonstrauim⁹ nemineʒ diligere ꝙ credit ⁊ nō videt: nisi ex aliqua regula noticie generalis siue specia/lis. Ac ꝑ h̄ si nō diligit' iustū nisi iustus: quo modo volet quisqʒ iustus esse qui nondū est. nō eniʒ vult quisq̄ʒ esse quod nondū diligit. Ut auteʒ sit iustus qui nondū est: valet vtiqʒ iustus esse: vt auteʒ velit: diligit iustuʒ. Dili git ergo iustuʒ: ⁊ qui nonduʒ iustus est. Di ligere auteʒ iustum non potest: si quid sit iu/stus ignorat. proinde nouit quid sit iustus: etiam qui nonduʒ est. vbi ergo nouit nō ocu lis vidit. An vlluʒ corpus iustuʒ velut al/buʒ aut nigrum: aut quadruʒ: aut rotundū: quis hoc dixerit: ad oculis non vidit nisi cor pora. Iustus auteʒ in hoīe non est: nisi ani/mus. Et cuʒ homo iustus dicitur: ex animo dicitur: non ex corpore. Est eniʒ quedā pul/chritudo animi iustitia qua pulchri sunt ho/mines. pleriqʒ etiaʒ qui corpore distorti atqʒ deformes sunt. Sicut eniʒ animus non vi/detur oculis: ita nec pulchritudo eius. Ubi ergo nouit quid sit iustus qui nondū est: atqʒ vt sit diligit iustuʒ. An signa quedaʒ per mo tuʒ corporis emicant: quibus ille aut ille ho/mo esse iustus apparet. Sed vnde nouit illa signa esse animi iniusti: nesciens quid omni no sit iustus nouit. ergo. Sed vbi noui/mus quid sit iustus: etiam cuʒ iusti nondum sumus. si extra nos nouimus: in corpore ali quo nouimus: sed non est ista res corporis. In nobis igitur nouimus quid sit iustus. Non eniʒ alibi hoc inuenio cuʒ quero vt hoc eloquar: nisi apud meipsuʒ. Et si interrogeʒ aliū quid sit iustus: apud seipsuʒ querit quid respondeat. Et quisquis hinc verū responde re potuit: apud seip̄m quid responderet inue nit. Et carthaginē quideʒ cū eloq volo: apud meipsuʒ quero vt eloquar: ⁊ apud meip̄ʒ in/uenio phātasiaʒ carthaginis. Sed eā per cor pus accepi. id est per corporis sensum: quo/niaʒ presens in ea corpore fui: ⁊ eaʒ vidi atqʒ sensi: memoriaqʒ retinui: vt apud me inueni rē de illa verbuʒ: cuʒ eaʒ vellēʒ dicere. Ipsa eniʒ phantasia eius in memoria mea verbuʒ eius: non sonus iste trisyllabus cuʒ cartha/go nominatur: vel etiaʒ cū tacite nomen ip̄m per spacia temporū cogitatur: sed illud quod in animo meo cerno: cuʒ hoc trisyllabuʒ vo/ce profero: vel anteq̄ʒ proferaʒ. Sic ⁊ alexan driam cuʒ eloqui volo quā nunq̄ʒ vidi: pre/sto est apud me phantasma eius. Cum enim a multis audissem ⁊ credidisseʒ magnaʒ esse illam vrbem: sicut mihi narrari potuit: finxi animo meo imaginē eius q̄ʒ potui: ⁊ hoc est apud me verbuʒ eius: cuʒ eaʒ volo dicere an teq̄ʒ voce q̄nqʒ syllabas ꝓferaʒ: quod nomē eius fere omnibus notū est. Quā tamē ima gineʒ si ex animo meo ꝓferre possem ad ocu los hominū qui alexandriaʒ nouerunt: pro/fecto aut omnes dicerent: nō est ipsa. aut si di cerent: ipsa est multuʒ mirarer: atqʒ intuens in animo meo ipsaʒ. id est imaginē q̄si pictu raʒ eius: ipsaʒ tamē esse nescireʒ: sed eis cre/derē qui visam tenerent. Non auteʒ ita que ro quid sit iustus: nec ita inuenio: nec ita in/tueor: cuʒ id eloquor nec ita probor cum au/dior: nec ita ꝓbo cū audio: quasi tale aliquid oculis viderim: aut vllo corporis sensu didi/cerim: aut ab eis qui ita didicissent audieriʒ. Duʒ enim dico ⁊ sciens dico: iustus est ani/mus qui scientia atqʒ ratione in vita ⁊ mori/bus sua cuiqʒ distribuit: non aliquaʒ rem ab senteʒ cogito: sicut carthagineʒ. aut fingo vt possum sicut alexandriaʒ siue ita sit siue non ita: sed presens quiddaʒ cerno: ⁊ cerno apud me. ⁊ si non sum ip̄e quod cerno: ⁊ multi qui audiunt approbabunt. Et quisquis me au/dit atqʒ scienter approbat: apud se ⁊ ipse hoc ideʒ cernit: etiaʒ si non sit ⁊ ipse quod cernit. Iustus vero cū id dicit: id quod ipse est cer/nit ⁊ dicit. Et vbi etiam ipse cernit: nisi apud seipsum. Sed hoc miruʒ non est. Ubi enim se cerneret: nisi apud seipsuʒ. Illud mirabile est vt apud se animus videat quod alibi nus/q̄ʒ vidit: ⁊ veruʒ videat: ⁊ ipsuʒ verū scilicet iustuʒ animuʒ videat: ⁊ sit ipse animus: ⁊ nō sit iustus animus: queʒ apud seipsuʒ videt. Num est alius animus iustus in animo nō/duʒ iusto. Aut si non est quem ibi videt: cuʒ videt: ⁊ dicit quid sit animus iustus: nec alibi quā in seipso videt: cum ipse non animus iu stus. An illud quod videt veritas est interior presens animo: qui eam valet intueri: neqʒ omnes valent. Et qui intueri valent hoc etiā quod intuentur non omnes sunt. hoc est nō sunt etiaʒ ipsi iusti animi: sicut possunt vide/re ac dicere: quid sit iustus animus. id est in

sti. Quod vn̄de esse potuerunt: nisi inheren
do eidem ipsi forme quam intuentur vt inde
formentur. ⁊ sint iusti animi: non tantū cer/
nentes aut dicentes iustuz esse animuz q sciē
tia atqꝫ ratione in vita ac moribus sua cuiqꝫ
distribuit: sed etiaz vt ipsi iuste viuant: iuste/
qꝫ morati sint: sua cuiqꝫ distribuendo: vt ne/
mini quicquā debeant nisi vt inuicez diligāt
Et vnde inhereretur illi forme: nisi amando.
cur ergo aliuz diligimus quez credimus iu/
stuz: ⁊ non diligimus ipsam formaz: vbi vi/
demus quid sit iustus animus vt ⁊ nos iusti
esse possimus. An vero nisi ⁊ istaz diligere
mus nullo modo euz diligeremus quem dili
gimus ex ista: sed duz iusti non sumus: mi/
nus eaz diligimus quā vt iusti esse valeam⁹.
Homo ergo qui creditur iustus ex ea forma
⁊ veritate diligitur: quam cernit: ⁊ intelligit
apud se ille qui diligit. ipsa vero forma ⁊ ve/
ritas non est quomō aliūde diligatur. Neqꝫ
enim inuenimus aliquid tale preter ipsaz vt
eaz cuz incognita est credendo diligamus ex
eo ꝙ iaz tale aliquid nouimus. Quicqd eniz
tale aliquid perspexeris ipsa est: ⁊ non est qe/
quā tale: quoniā sola ipsa talis est: qualis ipa
est. Qui ergo amat homines: aut quia iusti
sunt: aut vt iusti sint amare debet. Sic enim
⁊ semetipsuz amare debet: aut quia iustus ē:
aut vt iustus sit. Sic eniz diligit proximū tan
quā seipsuz sine vllo periculo. Qui eniz ali/
ter se diligit: in iuste se diligit: quoniaz se ad
hoc diligit vt sit iniustus. Ad hoc ergo vt sit
Ps. io malus: ac per hoc iaz non se diligit. Qui eni
diligit iniquitatez: odit aīaz suā.

De vera dilectione. Ca. vij.

Q uapropter nō est precipue videnduz
in hac questione que de trinitate no/
bis est. ⁊ de cognoscendo deo: nisi qd
sit vera dilectio. imo vero qd sit dilectio. Ea
quippe dilectio dicēda que vera est: alioquin
cupiditas est. atqꝫ ita cupidi abusiue dicun/
tur diligere: quēadmodū cupere abusiue di/
cuntur: q diligūt. Hec est aūt vera dilectio vt
inherentes veritati iuste viuamus: ⁊ ideo cō
tēnamus omnia mortalia pre amore homi/
nū: quo eos volumus iuste viuere. Ita eniz
⁊ mori pro fratribus vtiliter parati esse pote/
rimus: quod nos dominus iesus christ⁹ exē
mat. 22 plo suo docuit. Cum enim duo precepta sint
in quibus tota lex pendet ⁊ prophete dile/
ctio dei ⁊ dilectio proximi: non immerito ple/
rūqꝫ scriptura pro vtroqꝫ vnuz ponit. Siue
tantū dei. sicuti est illud. Scimus quoniā di Ro. 8.
ligentibus deū omnia cooperantur in bonū
Et iterū. Quisquis aūt diligit deū hic cogni j Cō. 8
tus est ab eo. Et illud. Quoniā caritas dei Ro. 5.
diffusa est in cordibus nostris p spiritūsan/
ctum qui datus est nobis. Et alia multa: q2
⁊ qui diligit deum: consequens est vt faciat
quod precipit deus. ⁊ intantuz diligit inquā
tum facit: consequens ergo est vt ⁊ proxi/
muz diligat: quia hoc precepit deus. Siue tā
tū proximi dilectionē scriptura cōmemorat:
sicut est illud. Inuicē onera vestra portate: ⁊ Gal. 9
sic adimplebitis legez christi. Et illud. Om
nis enim lex in vno sermone impletur: in eo ibidē. 5
ꝙ scriptum est. diliges proximuz tuū tanquā
teipsum. Et in euangelio. Omnia quecūqꝫ mat. 7.
vultis vt faciant vobis homines bona: ita ⁊
vos facite illis: hec enim est ⁊ lex prophete.
Et pleraqꝫ alia reperimus in litteris sanctis
in quibus sola dilectio proximi ad perfectio/
nem precipi videtur: ⁊ taceri de dilectione
dei: cum in vtroqꝫ lex pendeat. ⁊ prophete.
Sed ⁊ hoc ideo: quia ⁊ qui proximū diligit.
consequens est vt ipsam precipue dilectionē
diligat. Deus autē dilectio est: ⁊ qui manet
in dilectione in deo manet. Cōsequēs ergo j. Jo. 4
est vt precipue deum diligat. Quapropter q
querunt deum per istas potestates que mun
do presunt vel partibus mundi: auferuntur
ab eo longeque iactantur: non interuallis lo/
corum: sed diuersitate affectuum. Exterius
enim conantur ire: ⁊ anteriora sua deserunt
quibus interior est deus. Itaque si aliquam
etiam sanctam potestatē vel audierunt: vel
vtcunqꝫ cogitauerunt: facta magis eius ap/
petunt: que humana miratur infirmitas. nō
imitantur pietatem qua diuina requies cō/
paratur. Malunt enim superbe hoc posse
quod angelus: quā deuote hoc esse quod an/
gelus. Non enim sanctus quisquā potestate
sua gaudet: sed eius a quo habet posse quic/
quid congruenter potest. Et nouit potenti/
us esse coniungi omnipotenti pia ⁊ volūtate:
q̄z ppria volūtate posse qd̄ ꝯtremiscāt q talia
nō possunt. Itaqꝫ ipse dn̄s iesus christ⁹ talia
faciens: vt mirantes doceret ampliora ⁊ tē/
poralibus insolitis intentos atqꝫ suspensos

Mat.xj ad eterna atq; interiora cōuerteret. Uenite inquit ad me omnes qui laboratis ⁊ onerati estis: ⁊ ego reficiā vos. tollite iugum meū su per vos. Et non ait: discite a me quatridua/ nos mortuos suscitare. sed ait: discite a me quoniā mitis sum ⁊ humilis corde. Poten tior est enim ⁊ tutior solidissima humilitas q̄ȝ ventosissima celsitudo. Et ideo sequitur di/ cens. Et inuenietis requieȝ animab⁹ vr̄is.
j Cō.13 Dilectio enim nō inflatur: deus dilectio est: ⁊ fideles in dilectione acquiescent illi: ⁊ reuo cati a strepitu qui foris est: ad gaudia silētia. Ecce deus dilectio est: vt quid imus ⁊ curri mus in sublimia celorum: ⁊ ima terrarū que rentes eum qui est apud nos: si nos velim⁹ esse apud eum.

Quod qui fratrem diligit deum diligat qui amat ⁊ ipsam dilectionem que ex deo est ⁊ de us est.

Capitulū. viij.

n Emo dicat: non noui quid diligam. Diligat fratreȝ: ⁊ diliget eandem dile ctionem. Magis enim nouit dile/ ctionem qua diligit: quam fratrem queȝ di/ ligit. Ecce iam potest notioreȝ deum habere q̄ȝ fratrem. Plane notiorem: q2 presentiorē notiorē: quia interiorem. notiorē: quia certio rē. Amplectere dilectionem deū: ⁊ dilectio/ ne amplectere deum. Ipsa est dilectio q̄ om nes bonos angelos: ⁊ omnes dei seruos cō sociat vinculo sanctitatis. nosq; ⁊ illos con/ iungit inuicē nobis: ⁊ subiungit sibi. Quā/ to igitur saniores sumus a tumore superbie: tanto sumus dilectione pleniores. Et quo ni si deo plenus est: qui plenus est dilectione. At eniȝ caritatē video: ⁊ quantū possum eam
j Jo.4 mente conspicio: ⁊ credo scripture dicenti. Quoniaȝ deus caritas est: ⁊ qui manet in ca ritate: in deo manet. Sed cum illam video: non in ea video trinitatem. imo vero vides trinitatem: si caritatem vides. Sed cōmone/ bo si potero: vt videre te videas assit tantum ipsa: vt moueamur caritate ad aliquod bonū Quia cum diligimus caritatem: aliquid dili/ gentem diligimus propter hoc ipsum: quia diligit aliquid. Ergo quid diligit caritas vt possit etiam ipsa caritas diligi. Caritas enim non est que nihil diligit. Si autē seipsam di/ ligit: diligat aliquid quod oportet vt caritateȝ se diligat. Sicut enim verbum indicat aliqd: indicat etiam seipsum. sed non se verbum in dicat: nisi se aliquid indicare indicet. Sic ⁊ ca ritas diligit quidem se. sed nisi se aliquid dili/ genteȝ diligat: non caritateȝ se diligit. Quid ergo diligit caritas nisi quod caritate diligi/ mus. Id āt vt a proximo prouehamur fra/ ter est. Dilectioneȝ auteȝ fraternaȝ quantuȝ cōmēdet iohannes apostolus attendamus. j Jo.2.
Qui diligit inquit fratreȝ suuȝ in lumine ma net: ⁊ scandaluȝ in eo non est. Manifestuȝ est q̄ iustitie perfectioneȝ in fratris dilectione posuerit. Naȝ in quo scandalum non est: vti q̄ȝ perfectus est. Et tamen videtur dilectio/ neȝ dei tacuisse. quod nunquaȝ faceret: nisi quia in ipsa fraterna dilectione vult intelligi deuȝ. Apertissime eniȝ in eadē epistola pau/ ibidē.4
lopost ita dicit. Dilectissimi diligamus inui/ ceȝ: quia dilectio ex deo est. Et omnis qui di/ ligit: ex deo natus est: ⁊ cognoscit deuȝ. qui non diligit: non cognouit deuȝ: quia deus dilectio est. Ista contextio satis aperteq; de/ clarat eandeȝ ipsaȝ fraternaȝ dilectioneȝ. naȝ fraterna dilectio est qua diligimus inuiceȝ: non soluȝ ex deo: sed etiaȝ deuȝ esse: quaȝ vi/ demus tanta auctoritatē predicari. Cuȝ ergo de dilectione diligimus fratreȝ de deo diligi mus fratreȝ. Nec fieri potest vt eandeȝ dile/ lectioneȝ non precipue diligamus: qua fra/ treȝ diligimus. Unde colligitur: duo illa p̄/ Ibideȝ
cepta non posse sine inuiceȝ. Quoniaȝ quip pe deus dilectio est: deuȝ certe diligit: qui di/ ligit dilectioneȝ. Dilectioneȝ autē necesse est diligat: qui diligit fratrē. Et ideo paulopost Ibideȝ
ait. Non potest deuȝ diligere quē non videt qui fratreȝ queȝ videt non diligit: quia hec il li causa est non videndi deum q̄ non diligit fratreȝ. Qui eniȝ non diligit fratreȝ non est in dilectione. ⁊ qui non est in dilectiōe: non est in deo: quia deus dilectio est. Porro qui nō ē in deo: nō est in lumine: q2 deus lumen j Joh.j
est: ⁊ tenebre in eo nō sunt vlle. Qui ḡ nō ē in lumine: qd mirū si nō videt lumē: id ē nō videt deū quia in tenebris est. Fratrē auteȝ videt humano visu: quo videri deus nō pōt Sed si euȝ queȝ videt humano visu spiritali caritatē diligeret: videret deuȝ qui est ipsa caritas visu interiore quo videri potest. Ita q̄ȝ qui fratreȝ queȝ videt non diligit: deuȝ

quē propterea non videt: quia deꝰ dilectio ē
qua caret qui fratrē nō diligit: quō pōt dilige
re. Nec illa iam questio moueat quantū fra
tri caritatis debeamus impendere: quantū
deo incompabiliter plusq̄ȝ nobis. fratri eniȝ
quantū nobisipsis. Nos aūt ipsos tanto ma
gis diligimus: quanto magis diligimꝰ deū.
Ex vna igitur eadēq̄ȝ caritate deū ꝓximūq̄ȝ
1 Jo.2. diligimus. Sed deum propter deū: nos aūt
& proximum ꝓpter deum.

Quod ex ea forma qua diligitur iustus dili
gatur deus: quia nō potest ea que dilectionē
excitat forma non diligi: eademq̄ȝ est deus:
quia deus caritas est. Ca.ix.

Quid enī est queso q̄ exardescimus cū
1 Co.6 audimus & legimus. Ecce nunc tem
pus acceptabile: ecce nūc dies salutis
Ibidē.4 nullam in quoq̄ȝ dantes offensionem vt nō
reprehendatur ministerium nostrum. sed in
omnibus cōmendantes nosmetipsos vt dei
ministros: in multa patientia: in tribulationi
bus: in necessitatibus: in angustijs: in pla
gis: in carceribus: in seditionibus: in labo
ribus: in vigilijs: in ieiunijs: in castitate: in
scientia: in longanimitate: in bonitate: in spi
ritusancto: in caritate non ficta in verbo veri
tatis: in virtute dei. per arma iustitie a dex
tris & a sinistris: per gloriam & ignobilita
tem: per infamiam & bonam famam: vt se
Ibidē ductores et veraces: vt qui ignoramur et
cognoscimur: quasi morientes & ecce viui
mus: vt coerciti et non mortificati: vt tri
Ibidē stes semper autē gaudentes: sicut egentes
multos autē ditantes: tanq̄ȝ nihil habentes
& omnia possidentes. Quid eniȝ est q̄ accē
dimur in dilectionem pauli apostoli: cum
ista legimus: nisi q̄ credimus eum ita vixis
se: Viuendū tamē sic esse dei ministris: non
de aliquibus auditum credimus: sed intus
apud nos vel potius supra nos in ipsa ve
Job.j ritate conspicimus. Illum ergo quem sic vi
xisse credimus: ex hoc q̄ videmus diligi
mus. Et nisi hanc formā quā semꝑ stabileȝ
atq̄ȝ incōmutabileȝ cernimus: precipue dili
geremus: non ideo diligeremus illuȝ: quia
eius vitam cuȝ in carne viueret: huic forme
coaptataȝ & congruentem fuisse: fide retine
mus. Sed nescio quomō amplius & in ipsius
forme caritatē excitamur: per fidem quā cre
dimus vixisse sic aliquem: et spem qua nos
quoq̄ȝ ita posse viuere qui homines sumus:
ex eo q̄ aliqui homines ita vixerunt mini
me desperamus: vt hoc & desideremus ar
dentius: & fidentius precemur. Ita & ipso
rum vitam facit a nobis diligi forme illius
dilectio scōm quā vixisse creduntur: & illorū
vita credita: in eandē formaȝ flagrantiorem
excitat caritatem: vt quanto flagrantius di
ligimus deū: tanto certius sereniusq̄ȝ videa
mus: q̄ȝ in deo conspicimus incōmutabileȝ
formā iustitie: scōm quam hominem viuere
oportere iudicamus. Valet ergo fides ad
cognitioneȝ & ad dilectioneȝ dei: non tanq̄ȝ
omnino incogniti: aut omnino non dilecti:
sed quo cognoscatur manifestius: & quo fir
mius diligatur.

De amante et quod amatur et amore.
Capitu.x.

Quid est autem dilectio vel caritas
quam tantopere scriptura diuina
laudat et predicat: nisi amor boni.
Amor autem alicuiusꝰ amantis est: & amo
re aliquid amatur. Ecce tria sunt: amans: &
quod amatur: & amor. Quid est ergo amor
nisi quedam vita duo aliqua copulans: vel
copulare appetens: amanteȝ scilicet & quod
amatur: & hoc etiā in extremis carnalibusq̄ȝ
amoribus ita est sed vt aliquid purius & li
quidius hauriamus: calcata carne ascenda
mus ad animū. Quid amat animus in ami
co nisi animū. & illic igitur tria sunt: amans:
& qđ amatur: & amor. Restat etiā hinc ascen
dere & superius ista querere: quantū homini
datur. Sed hic paululū requiescat intentio:
non vt se iam existimet inuenisse qđ querit:
sed sicut solet inueniri locus vbi iam queren
dū est aliqd nondū illud inuentū est: sed iā in
uentū est vbi queratur: ita hoc dixisse suffece
rit: vt tanq̄ȝ ab articulo alicuius exordij cete
ra contexamus.

Explicit liber octauus.

Incipiunt capitula libri noni.

Aurelij augustini episcopi liber nonus incipit.

De deo semper querendo.

Capitulũ .j.

Trinitatẽ certe querimus: nõ quamlibet: sed illam trinitatem que deus ẽ: verusqʒ ac summus et solus deus. Expecta ergo quisquis hec audis. Adhuc eni querimus. Et talia querẽtem nemo iuste reprehẽdit: si tamen in fide firmissimus querat. quod aut nosse: aut eloqui difficillimũ est. Affirmantẽ vero cito iusteqʒ reprehendit quisquis melius vel
ps. 68. videt vel docet. Querite inquit deũ: et viuet anima vestra. Et ne quisqʒ se tanqʒ apprehẽ
ps. 104 dissime temere gaudeat: querite inqt faciẽ eius
j Co. 8 semp. Et apostolus. Si quis se inquit putat aliquid scire: nondũ scit queadmodum scire oporteat. Quisquis autẽ diligit deũ: hic cognitus est nec ab illo. Nec sic quidẽ dixit cognouit illũ: que piculosa psumptio est: sed cognitus est ab illo. Sed et alibi cum dixisset. Nũc autẽ cognoscẽtes deũ: statim corrigẽs:
Gal. 4 imo cogniti inqt a deo. maximeqʒ illo loco: Fratres inquit ego meipsuʒ nõ arbitror apprehẽdisse. Vnũ autẽ: que retro oblitus in ea Phil. 3
que ante sunt extentus scdm intentionẽ sequor ad palmã supne vocationis dei in xpo iesu. Quotquot ergo pfecti: hoc sapiamus. Perfectionẽ in hac vita dic nõ aliud qʒ ea que retro sunt obliuisci: et in ea que ante sunt extendi secundũ intentionẽ. Tutissima ẽ eniʒ querentis intentio: donec apphendat illud quo tendimus et quo extẽdimur. Sed ea recta intentio est que pficiscitur a fide. Certa eniʒ fides vtcũqʒ inchoat cognitionẽ. Cognitio vero certa non pficiet: nisi post hanc
vitaʒ: cũ videbimus facie ad faciẽ: Hoc ergo sapiamus vt nouerimus tutiorẽ esse affe j. Co. 13
ctuʒ vera querendi: qʒ incognita p cognitis presumẽdi. Sic ergo queramus tanqʒ inuẽturi: et sic inueniamus tanqʒ quesituri. Cuʒ eni cõsummauerit homo: tunc incipit. De credẽdis nulla infidelitate dubitemus. de intelligẽdis nulla temeritate affirmemus. In illis auctoritas tenẽda est: in his veritas exquirenda. Quõ ergo ad istã questionẽ attinet: credamus patrẽ et filiũ et spiritumsanctũ esse vnũ deũ: vniuerse creature conditorẽ: atqʒ rectorem. Nec patreʒ esse filiũ. nec spiritũsanctũ vel patrẽ esse vel filium: sed trinitatẽ relatarũ adinuicẽ personarũ: et vnitatẽ equalis essentie. Hoc autẽ queramus intelligere ab eo ipso quẽ intelligere volumus auxiliũ precantes: et quantũ tribuit: quod intelligimus explicare tanta cura et sollicitudine pietatis: vt etiã si aliquid aliud pro alio dicimus: nihil tamen indignũ dicamus. Vt si quid: verbi gratia: de patre dicimus quod patri proprie non conueniat aut: filio conueniat aut spiritui sancto aut ipsi trinitati: et si quid de filio quod filio proprie non congruat: saltẽ congruat patri: aut spiritui sancto: aut trinitati. Itẽ si quid de spiritusancto quod proprietatẽ spiritussancti non deceat: non tamen alienum sit a patre aut filio: aut ab vno deo ipsa trinitate. veluti nunc cupimus videre vtrum illa excellentissima caritas pprie spiritussanctus sit. quod si non est aut pater est caritas: aut filius: aut ipsa trinitas: qm resistere non possumus certissime fidei: et validissime auctoritati scripture dicẽtis: Deus caritas est: nõ tamẽ debemus de
uiare sacrilego errore: vt aliquid de trinita j. Jo. 4

te dicamus: quod nõ creatori: ſʒ creature potius conueniat: aut inani cogitatione fingatur. Que cũ ita ſint: attẽdimus iſta tria: que inueniſſe nobis videmur. Nõdum de ſupernis loquimur: nõduʒ de deo patre et filio τ ſpiritu ſancto: ſed de hac impari imagine. τ cũ imagine. id eſt homine. familiarius enim eam τ facilius fortaſſis intuet mentis noſtre infirmitas. Phi.3

An tria ſint amans et quod amatur τ amor. An autem duo ſint cum quis non alium ꝙ̃ ſeipſum diligit.

j.Cõ.13 Capitu. ij.

Ecce ego qui hoc quero: cum aliquid amo tria ſunt: ego: τ qđ amo τ ipſe amor. Non enim amo amoreʒ: niſi amantẽ ameʒ. Naʒ non eſt amor vbi nihil amat. Tria ergo ſunt: amans: τ qđ amatur: τ amor: Quod ſi non ameʒ niſi meipſuʒ: nõne due erunt qđ amo: τ amor: Amans eniʒ τ qđ amatur hoc idẽ eſt: quãdo ipſe amat: ſicut amare τ amari: eodeʒ modo idipſum eſt cũ ſe quiſqʒ amat. Eadẽ quippe res bis dicitur: cũ dicit: amat ſe: τ amatur a ſe. Tũc eniʒ nõ eſt aliud atqʒ aliud amare τ amari: ſicut non eſt alius atqʒ alius: amans et amatus. At vero amor: τ qđ amat: etiã ſic duo ſunt. Non enim quiſquis ſe amat amor eſt: niſi cũ amatur ipſe amor. Aliud eſt auteʒ amare ſe: aliud eſt amare amorẽ ſuuʒ. Nõ eniʒ amat amor: niſi iaʒ aliquid amans. quia vbi nihil amat: nullus eſt amor. Duo ergo ſunt: cuʒ ſe quiſqʒ amat: amor τ quod amat. Tũc eniʒ amans τ quod amatur vnũ eſt. Unde videtur nõ eſſe conſequens: vt vbicũqʒ amor fuerit: iaʒ tria intelligant. Auferamus eniʒ ab hac conſideratione cetera que multa ſunt quibus homo conſtat: atqʒ vt hec que nunc requirimus quantũ i his rebus poſſumus liquido repiamꝰ: de ſola mente tractemus. Mẽs igit cũ amat ſe ipſam: duo quedaʒ oſtendit: mentẽ τ amorẽ. Quid eſt auteʒ amare ſe: niſi ſibi pſto eſſe velle ad fruendũ ſe: Et cũ tantũ ſe vult eſſe quantũ eſt: par mẽti voluntas eſt: τ amanti amor equalis. Et ſi aliqua ſubſtantia eſt amor: non eſt vtiqʒ corpus: ſed ſpiritus. nec mens corpus: ſed ſpiritus eſt. Neqʒ tamen amor τ mens duo ſpiritus: ſed vnus ſpiritus. nec eſſentie due: ſed vna. Jo.4

τ tñ duo quedaʒ vnuʒ ſunt: amans τ amor: ſiue ſic dicas quod amatur: τ amor. Et hec quidẽ duo: relatiue adiuicẽ dicunt: Amans quippe ad amorẽ refert: τ amor ad amanteʒ Amans eniʒ aliquo amore amat: τ amor alicuius amãtis ẽ. Mẽs vero τ ſpũs nõ relatiue dicunt: ſed eſſentiã demonſtãt. Nõ eniʒ qꝛ mẽs τ ſpiritus alicuius hoĩs ẽ: ideo mẽs ꝗ ſpiritus ĩ ſe non manet. Retracto eniʒ eo quod homo eſt: qđ adiuncto corpore dicit: mẽs τ ſpiritus manet. Retracto aũt amante nullus eſt amor: τ retracto amore nullus eſt amãs. Jdeoqʒ quantũ adinuicẽ referuntur: duo ſunt. Qđ aũt ad ſe dicũt: τ ſingula ſpiritus: τ ſimul vtrũqʒ vnꝰ ſpũs: τ ſingula mẽs: τ ſimul vtrũqʒ vna mens. Ubi ergo trinitas: attẽdamus quantũ poſſumus: τ inuocemus luceʒ ſempiternam vt illuminet tenebras noſtras: τ videamus in nobis quantũ ſinimur imaginẽ dei.

De mente et noticia eius et voluntate.

Capitu. iij.

Mens eniʒ amare ſeipſaʒ nõ põt: niſi etiã ſe nouerit: Nã qñ amat qđ neſcit: Aut ſi quiſqʒ dicit ex noticia generali vel ſpeciali menteʒ credere ſe eſſe talẽ: qualẽ alias expta ẽ. τ ideo amare ſemetipſaʒ inſipiẽtiſſime loquit. Unde eniʒ mens aliqʒ mẽtẽ nouit: ſi ſe nõ nouit. Neqʒ eniʒ vt oculos corpis videt alios oculos: τ ſe nõ videt. ita mẽs nouit alias mẽtes: τ ignorat ſemetipſaʒ. Per oculos eniʒ corporis corpora videmus: qꝛ radios q̃ ꝑ eos emicãt: τ qcquid cernimus tangũt: refringere vel retorquere in ipſos nõ poſſumus: niſi cuʒ ſpecula intuemur. Qđ ſubtiliſſime obſcuriſſimeqʒ diſſerit: donec apertiſſime demonſtret: vel ita ſe rẽ habere vel nõ ita. Sʒ quoquo modo ſe habeat vis qua ꝑ oculos cernimus: ipſaʒ certe vim: ſiue ſint radij: ſiue aliud aliqd oculis cernere nõ valemus: ſed mentẽ querimus. τ ſi fieri poteſt: etiã hoc mente compꝛehendimus. Mẽs ergo ipſa ſicut corporaꝝ rerũ noticias ꝑ ſenſus corporis colligit: ſic incorporearuʒ rerũ ꝑ ſemetipſaʒ. Ergo τ ſemetipſaʒ ꝑ ſeipſaʒ nouit: quoniã eſt incorporea. Naʒ ſi nõ ſe nouit: non ſe amat.

Tria eſſe in anima que ſunt vnũ. menteʒ et noticiã ſui τ amorem.

Capitu. iiij.

Icut aūt duo quedā sunt: mēs ꝛ amor eius cū se amat. ita q̄dā duo sunt mēs ꝛ noticia ei⁹ cū se nouit. Igiť ipa mēs ꝛ amor: ꝛ noticia eius: tria quedaꝫ. ꝛ hec tria vnū sunt: ꝛ cū pfecta sunt: eq̄lia sunt. Si eniꝫ min⁹ se amať q̄ꝫ est: vt verbi grā: tm̄ se amat hoīs mens quantū amandū est corpus hoīs cū plus sit ipsa q̄ꝫ corpus: peccat. ꝛ nō est perfect⁹ amor eius. Itē si amplius se amat quaꝫ est: velut si tantū se amet quantū amandus ē deus: dū incōparabiliter minus sit ipsa quā deus: etiā sic nimio peccat ꝛ nō perfectū habet amorē sui. Maiore āt peruersitate ꝛ iniq̄tate peccat: cū corpus tantum amat quantum amādus est deus. Item noticia si minor est q̄ꝫ est illud quod nosciť: ꝛ plene nosci potest: pfecta non est. Si aūt maior est iam superior est natura que nouit q̄ꝫ illa que nota est. sicut maior est noticia corporis: q̄ꝫ ipsum corpus quod ea noticia notū est. Illa enim vita quedā est in ratione cognoscentis: corpus auteꝫ non est vita. Et vita quelibet quolibet corpore maior est: nō mole sed vi. Mens vero cū seipsam cognoscit: non se superat noticia sua: quia ipsa cognoscit: ipsa cognoscitur. Cum ergo se totā cognoscit. neq̄ꝫ secuꝫ quicq̄ꝫ aliđ par illi est cognitio sua: quia neq̄ꝫ ex alia natura est eius cognitio: cum seipsam cognoscit. Et cum se totā nihil amplius percipit nec minor nec maior est. Recte igitur diximus hec tria cuꝫ perfecta sunt: esse consequenter equalia. Simul etiam admonemur: si vtcunq̄ꝫ videre possumus hec in anima existere: ꝛ tanquā inuoluta euolui: vt sentiantur ꝛ dinumerentur substantialiter: vel vt ita dicaꝫ: essentialiter: non tanq̄ꝫ in subiecto: vt color aut figura in corpore: aut vlla alia q̄litas: aut quantitas. Quicquid enim tale est: nō excedit subiectum in quo est. Non enim color iste aut figura huius corporis potest esse ꝛ alterius corporis. Mens auteꝫ amore quo se amat potest amare ꝛ aliud preter se. Item nō se solam cognoscit mens: sed ꝛ alia multa. Quāobrem non amor ꝛ cognitio tanquā in subiecto insunt menti: sed substantialiter etiam ista sunt sicut ipsa mens: quia ꝛ si relatiue dicuntur ad inuicem. in sua tamen sunt singula queq̄ꝫ substantia. Non sicut color ꝛ coloratum relatiue ita dicuntur ad inuicem: vt color in subiecto colorato sit: non habens in seipso propriam substantiam: quoniā coloratuꝫ corpus substantia est: ille auteꝫ in substantia. sed sicut duo amici etiam duo sunt homines: que sunt substantie cuꝫ homines nō relatiue dicanť: amici autē relatiue. Sed item quāuis substātia sit amās vel sciens: substantia sit scientia: substantia sit amor: sed amans ꝛ amor: aut sciens ꝛ scientia: relatiue ad se dicantur sicut amici. Mens vero aut spiritus non sunt relatiua: sicut nec homines relatiua sunt. non tamē sicut amici homines possunt seorsuꝫ esse ab inuicē. sic amans ꝛ amor aut sciens ꝛ scientia. Quāq̄ꝫ ꝛ amici corpore videnť separi posse: nō animo: inquātū amici sunt: veruntamen fieri potest: vt amicus amicū etiam odisse incipiat: ꝛ eo ipso amicus esse desinat: nesciente illo: ꝛ adhuc amante. Amor aūt quo se mens amat: si esse desinat: simul ꝛ illa desinit esse amans: Item noticia qua se mens nouit: si esse desinat: simul ꝛ illa nosse se desinet. Sicut caput capitati alicuius vtiq̄ꝫ caput est. ꝛ relatiue ad se dicunť: q̄ꝫuis etiā substātie sint. Nam ꝛ caput corpus est ꝛ capitatum. Et si non sit corpus: nec capitatum erit. Sed hec precisione ab inuicem separari possunt: illa non possunt. Quđ si sunt aliqua corpora que secari omnino ꝛ diuidi nequeunt: tamen nisi partibus suis constarent corpora non essent. pars ergo ad totum relatiue dicitur: quia omnis pars alicuius toti⁹ pars est: ꝛ totum omnibus partibus totum est. Sed quoniam ꝛ pars corpus est ꝛ totuꝫ: non tantum ista relatiue dicuntur: sed etiam substantialiter dicūtur. Fortassis ergo mēs totum est: ꝛ eius quasi partes amor quo se amat: ꝛ scientia qua se nouit: quibus duabus partibus illud totum constat. An tres sunt equales partes quibus totum vnum completur. Sed nulla pars: totū cuius pars est complectitur. Mens vero cum se totam nouit: hoc ē perfecte nouit per totū eius ē noticia eius. Et cum se perfecte amat: totam se amat: ꝛ per totum eius est amor eius. Num ergo sicut ex vino ꝛ aqua ꝛ melle vna fit potio: ꝛ singula per totū sunt: ꝛ tamen tria sunt. nulla enim pars est potionis que non habeat hec tria. Nō eniꝫ iūcta velut si aqua ꝛ oleum essent: sed omnino commixta sunt: ꝛ substantie sunt omnes: ꝛ totus ille liquor vna quedam est ex tribus pfecta substantia. Tale ali/

quid arbitrandu3 est esse simul hec tria: mē/
te3: amore3: noticiā. sed nō vnus substantie
sunt aqua: vinu3: ꝛ mel: q̄uis ex eoꝝ cōmix
tione fiat vna substantia potionis. Quomo/
do aūt illa tria nō sunt eiusdē substantie non
video: cu3 mēs ipsa se amet: atq3 ipsa se noue
rit: atq3 ita sint hec tria: vt nō alteri alicui reꝝ
mens vel amata vel nota sit. Vnius ergo
eiusdēq3 essentie necesse est hec tria sint: ꝛ iō
si tanq3 cōmixtiōe ꝯfusa eēnt: nullo mō eēnt
tria: nec referri ad inuicē possent. Queadmo
modu3 si ex vno eodemq3 auro tres anulos
similes facias: quāuis cōnexos sibi referun
tur ad inuice3 q̄ similes sunt. Omnis enim
similis: alicui similis est: ꝛ trinitas anuloꝝ
est ꝛ vnu3 auru3. At si misceantur sibi ꝛ per
totam singuli massam suam conspergantur:
intercidet illa trinitas: ꝛ omnino non erit. ac
non solum vnum aurum dicetur: sicut in il/
lis tribus anulis dicebatur: sed ia3 nulla au/
rea tria.

Qd mens ꝛ amor ꝛ noticia ꝛ singula in se
maneant ꝛ omnia in oibus.

Capitu. v.

VT in illis tribus cum se nouit mens ꝛ
amat se: manet trinitas: mens: amor
noticia: ꝛ nulla cōmixtione cōfundit:
quāuis ꝛ singula sint in seipsis: ꝛ inuice3 to/
ta in totis: siue singula in binis: siue bina in
singulis. Itaq3 omnia in omnibus. Nam
ꝛ mens est vtiq3 in seipsa: quoniam ad se/
ipsam mens dicitur: quāuis noscens vel no
ta: vel noscibilis: ad suam noticiam relatiue
dicatur. Amans quoq3 ꝛ amata vel amabi/
lis ad amorem referatur: quo se amat ꝛ noti/
cia. quāuis referatur ad mentem cognoscen/
tem vel cognita3: tamen ꝛ ad seipsam nota et
noscens dicitur. Non eni3 sibi incognita no
ticia: qua se mens ipsa cognoscit. Et amor q̄3
uis referatur ad mentem amantem cuius
amor est: tamen ꝛ ad seipsum est amor: vt sit
etia3 in seipso: quia ꝛ amor amatur. Nec alio
nisi amore amari pōt: id est seipso. Ita sunt
hec singula in seipsis. In alterius autem ita
sunt: quia ꝛ mēs amās in amore est: ꝛ amor
in amantis noticia: ꝛ noticia in mente noscē/
te. Singula in binis ita sunt: quia mens que
se nouit ꝛ amat in amore ꝛ noticia sua est. et
amor amantis mentis seseq3 scientis: in mē
te noticiaq3 eius est. Et noticia mentis se scie
tis: ꝛ amantis in mente atq3 in amore eius ē.
quia scientem se amat ꝛ amantem se nouit.
Ac per hoc ꝛ bina in singulis: quia mēs que
se nouit ꝛ amat: cum sua noticia est in amore
ꝛ cum suo amore in noticia. Amor quippe
ipse ꝛ noticia simul sunt in mēte: que se amat
ꝛ nouit. Tota vero in totis: quemadmodu3
sint: iam supra ostendimus: cu3 se tota mens
amat: ꝛ tota3 nouit: ꝛ totu3 amore3 suu3 no/
uit: totamq3 amat notitia3 suam: quando tria
ista ad seipsa perfecta sunt. Miro itaq3 mo/
do tria ista inseparabilia sunt ꝛ semetipsis: ꝛ
tamen coꝛu3 singulu3 quodq3 substantia est:
ꝛ simul omnia vna substātia vl' essentia: cū ꝛ
relatiue dicantur ad inuicem.

De noticia qua mens non solu3 se: sed eti/
am alias mentes nosse regulariter potest.

Capitu. vi.

SEd cu3 seipsa3 nouit humana mēs
ꝛ amat seipsa3: non aliquid incōmu/
tabile nouit ꝛ amat: aliterq3 vnus/
quisq3 homo loquendo enunciat mē
te3 sua3: quid in seipso agatur attēdens. Ali/
ter autē humana3 mentē speciali aut genera
li cognitione diffinit. Itaq3 cum mihi de sua
propria loquitur: vtru3 intelligat hoc: aut il/
lud: aut non intelligat: ꝛ vtrum velit aut no/
lit hoc aut illud: credo. Cum vero de huma/
na specialiter aut generaliter veꝝ dicit: agno
sco ꝛ approbo. Vnde manifestum est aliud
vnumquemq3 videre in se: quod sibi alius di
centi credat: non tamen videat. aliud autem
in ipsa veritate quod alius quoq3 possit intue
ri: quoru3 alteru3 mutari per tempora: alteꝝ
incōmutabili eternitate cōsistere. Neq3 eni3
oculis corporeis multas mentes videndo p
similitudine3 colligimus: generale3 vel spe/
cialem mentis humane noticiam: sed intue/
mur inuiolabilem veritatem ex qua perfecte
quantu3 possumus diffiniamus. non qualis
sit vniuscuiusq3 hominis mens: sed qualis
esse sempiternis rationibus debeat. Vnde
etiam phantasias reru3 corporaliu3 per cor/
poris sensum haustas ꝛ quodāmodo infu/
sas memorie: ex quibus etiā ea que non visa
sunt ficto phantasmate cogitant: siue aliter q̄3
sunt: siue fortuitu sicuti sunt: alijs omnino re
gulis supra mente3 nostra3 incōmutabiliter
manentibus: vel approbare apud nosmet/

ipsos: vel improbare conuincimur: cum recte aliquid approbamus aut improbamus. Nam cum et recolo carthaginis menia que vidi: et cum fingo alexandrie que non vidi: easdemque imaginarias formas quasdam quibusdam preferens: rationabiliter prefero: viget et claret desuper iudicium veritatis: ac sui iuris incorruptissimis regulis firmum est. Et in corporalium imaginum quasi quodam nubilo subtexitur non tamen inuoluitur atque confunditur. Sed interest vtrum ego sub illa: vel in illa caligine: tanque a celo perspicuo secludar: an sicut in altissimis montibus accidere solet: inter vtrumque aere libero fruens: et serenissimam lucem supra: et densissimas nebulas subter aspiciam. Nam vnde in me fraterni amoris inflamatur ardor: cum audio virum aliquem pro fidei pulchritudine et firmitate: acria tormenta tolerasse. Et si mihi digito ostendatur ipse homo: studeo mihi coniungere: notum facere: amicitia colligare. Itaque si facultas datur accedo: alloquor: sermonem confero: affectum meum in illum quibus verbis possum exprimo: vicissimque in eo fieri quem in me habeat atque exprimi volo. spiritalemque complexum credendo molior: quia peruestigare tam cito et cernere penitus eius interiora non possum. Amo itaque fidelem et forte virum: amore casto atque germano. Quod si mihi inter nostras loquelas fateatur: aut incautus aliquo modo sese indicet: quod vel de deo credat incongrua: atque in illo quoque carnale aliquid desideret: et pro tali errore illa pertulerit: vel sperate pecunie cupiditate: vel inani auiditate laudis humane: statim amor ille quo in eum ferebar offensus: et quasi repercussus: atque ab indigno homine ablatus: in ea forma permanet: ex qua eum talem credens amaueram. Nisi forte ad hoc amo iam vt talis fit: cum talem non esse comperero. At in illo homine nihil mutatum est: mutari tamen potest vt fiat: quod cum iam esse credideram: In mente autem mea mutata est vtique ipsa existimatio: que de illo aliter se habebat: et aliter habet. Idemque amor ab intentione perfruendi: ad intentionem consulendi: incommutabili desuper iusticia iubente deflexus est. Ipsa vero forma inconcusse ac stabilis veritatis. et in qua fruerer homine: bonum eum credens. et in qua eum consulo: vt bonus fit: eadem luce incorruptibilis sincerissimeque rationis: et mee mentis aspectum: et illam phantasie nubem quam desuper cerno cum eundem hominem quem videram cogito in perturbabili eternitate perfundit. Item cum arcum pulchre et equaliter intortum quem vidi: verbi gratia: carthagini animo reuoluo: res quedam menti nunciata per oculos memorieque transfusa imaginarium conspectum facit. Sed aliud mente conspicio secundum quod mihi opus illud placet: vnde etiam si displiceret: corrigerem. Itaque de istis secundum illam iudicamus: et illam cernimus rationalis mentis intuitu. Ista vero aut presentia sensu corporis tangimus aut imagines absentium fixas in memoria recordamur: aut ex earum similitudine talia fingimus: qualia nosipsi si vellemus atque possemus: etiam opere moliremur. Aliter enim figurantes animo imagines corporum: aut per corpus corpora videntes. aliter autem rationes artemque ineffabiliter pulchram talium figurarum super aciem mentis simplici intelligentia capientes.

De verbo quod mens ex eterna concipit veritate.

Capitu. vij.

In illa igitur eterna veritate ex qua temporalia facta sunt omnia: formam secundum quam sumus: et secundum quam vel in nobis vel in corporibus vera et recta ratione aliquid operamur visu mentis aspicimus: atque inde conceptam rerum veracem noticiam: tanque verbum apud nos habemus: et dicendo intus gignimus: nec a nobis nascendo discedit. Cum autem ad alios loquimur: verbo intus manenti ministerium vocis adhibemus. aut alicuius signi corporalis: vt per quandam commemorationem sensibilem tale aliquid fiat etiam in animo audientis: quale de loquentis animo non recedit. Nihil itaque agimus per membra corporis in factis dictisque nostris: quibus vel approbantur vel improbantur mores hominum: quod non verbo apud nos intus edito preuenimus. Nemo enim volens aliquid facit: quod non in corde suo prius dixerit. Quod verbum amore concipitur: siue creature: siue creatoris. id est aut nature mutabilis: aut incommutabilis veritatis.

Quali amore diligi debeat creatura.

Capitulum. viij.

e Rgo aut cupiditate: aut caritate: nõ quo nõ sit amanda creatura: sed si ad creatorem refertur ille amor: non iã cupiditas sed caritas erit. Tunc eniz est cupiditas cum propter se amatur creatura. tunc non vtentez adiuuat: sed corrumpit fruentem. Cum ergo aut par nobis: aut inferior creatura sit: inferiore vtendum est ad deuz. pari autez fruendum: sed in deo. Sicut eniz teipso: non in teipso frui debes: sed in eo qui fecit te. Sic etiam illo: quẽ diligis: tanquã teipsuz. ⁊ nobis ergo ⁊ fratribus in domino fruamur. ⁊ inde nos nec ad nosmet ipsos remittere: ⁊ quasi relaxare deorsuz versus audeamus. Nascitur aũt verbũ cum excogitatũ placet: aut ad peccandũ: aut ad recte faciendũ. Verbũ ergo nostrum ⁊ mentẽ de qua gignitur quasi medius amor coniungit: seqꝫ cum eis tertium cõplexu incorporeo sine vlla ꝯfusione cõstringit.

Quo differat dilectio reruz spiritaliũ ab amore carnalium.

Capitulũ. ix.

c Onceptũ autem verbum ⁊ natuz id ipsuz est: cuz voluntas in ipsa noticia ꝯquiescit: quod fit in amore spiritaliuz. Qui eniz: verbi gratia: perfecte nouit: perfecteqꝫ amat iusticiã: iã iustus est: etiã si nulla existat secundũ eã forinsecus per mẽbra corpis operãdi necessitas. In amore aũt carnaliũ tẽporaliũqꝫ rerũ. sicut in ipsis animaliũ fetibus: alius est conceptus verbi: alius partus. Illic eniz quod cupiendo concipitur: adipiscendo nascitur. Quoniã non sufficit auaricie nosse: ⁊ amare aurum: nisi ⁊ habeat. Neqꝫ nosse ⁊ amare vesci: aut concũbere: nisi etiã id agat: neqꝫ nosse ⁊ amare

Iob. 14 honores ⁊ imperia: nisi proueniant. Que tamen omnia: nec adepta sufficiunt. Qui eniz

Ps̃. 7 biberit ex hac inquit aqua: sitiet iterũ. Ideo qꝫ ⁊ in psalmo. Cõcepit inquit dolorẽ: ⁊ peperit iniquitatem. Dolorẽ vel laborem dicit concipi: cũ ea concipiuntur que nosse ac velle nõ sufficit: ⁊ inardescit atqꝫ egrotat animꝰ indigentia: donec ad ea perueniat: ⁊ quasi pariat ea. Vnde eleganter in latina lingua parta dicuntur: ⁊ reperta atqꝫ cõperta. que ver-

Iac. j. ba quasi a partu ducta resonant. Quia cõcupiscẽtia cuz conceperit parit peccatũ. Vnde dominus clamat. Venite ad me omnes

math. xj q laboratis ⁊ onerati estis. Et alio loco. Ve pregnãtibus: ⁊ lactantibus in illis diebus.

ibi. 24. Cum itaqꝫ ad partum verbi referret omnia vel recte facta vel peccata: ex ore inquit tuo iustificaberis: ⁊ ex ore tuo condẽnaberis: os volens intelligi: non hoc visibile: sed interiꝰ inuisibile cognitionis ⁊ cordis.

Nõ omnia que noticia cõprehendit dici posse cõcepta. Ca. x.

r Ecte ergo querit: vtruz omnis noticia verbuz: an tantum amata noticia. Nouimus enim ⁊ ea que odimus. Sed nec cõcepta: nec parta dicenda sunt animo: que nobis displicent. Non eniz omnia que quoquo modo tangũt concipiuntur: vt tantũ nota sint. nõ tamẽ verba dicantur sicut ista de quibus nunc agimus. Aliter enim dicuntur verba que spacia temporũ syllabis tenent: siue pronũcientur: siue cogitent̃. aliter omne quod notuz est verbuz dicitur animo ĩpressuz quãdiu de memoria proferri ⁊ diffiniri potest: quãuis res ip̃a displiceat. aliter cũ placet quod mente concipit̃. Secundũ quod genus verbi accipiendũ est quod ait apostolus. Nemo dicit dñs iesus: nisi in spiritusan-

j Cõ. 12 cto: cũ secundũ aliã verbi notionẽ dicant̃ ⁊ il-li. De quibus ipse dñs ait. Nõ omnis q di-

Mat. 7 cit mihi domine dñe: intrabit in regnum celorum. Verũtamen cum ⁊ illa que odimus recte displicent: recteqꝫ improbantur: approbatur eorum improbatio: ⁊ placet ⁊ verbum est. Neqꝫ vitiorũ noticia nobis displicet: sed ipsa vitia. Nam placet mihi qd̃ noui: ⁊ diffinio quid sit intemperantia: ⁊ hoc est verbum eius: sicuti sunt in arte nota vitia. Et recte approbat̃ eoꝝ noticia: cũ discernit cognitor speciez, priuationẽqꝫ virtutis: sicut aire: ⁊ negare: esse ⁊ nõ esse. Attamẽ virtute priuariatqꝫ in vitium deficere damnabile est. Et diffinire intemperantiam verbũqꝫ eius dicere pertinet ad artez morum. Esse autez intẽperãtez ad id pertinet quod illa arte culpatur. Sicut nosse ac diffinire quid sit solecismus pertinet ad artem loquẽdi: facere autez vitiuz est: quod eadem arte rep̄hẽditur. Verbũ ẽ igit̃: quod nũc discernere ac insinuare volumus

eum amore: notitia. Cū itaq; se mens nouit τ amat: iūgit amore verbū eius. Et quoniā amat notitiā: τ nouit amorem τ verbum in amore est: τ amor in verbo: τ vtrūq; in amāte atq; dicente. Sed omnis secūdū speciem notitia: similis est ei rei quam nouit. Et enim alia notitia secundū priuationem quam cum improbamus: loquimur. Et hec priuationis improbatio speciem laudat: ideoq; approbatur.

Concepte notitie similitudinem nunc ad equalitatem mentis accedere: cum id quod cognoscitur: neq; inferioris neq; superioris nature est.

Capitulū. xi.

Habet ergo animus nōnullam speciei note similitudinem: siue cum ea placet: siue cum eius priuatio displicet. Quocirca inquantū deū nouimus: similes sumus. Sed nō ad equalitatē similes: quia nec tantū eū nouimus: quantū ipse se. Et quēadmodum cum per sensum corporeis discimus corpora: fit eorum aliqua similitudo in animo nostro: que phantasia memorie est. Nō enim omnino ipsa corpora in aīo sunt: cum ea cogitamus: sed eorū similitudines. Itaq; cū eas pro illis approbamus: erramus. Error nāq; est pro alio alterius approbatio. Melior est tn̄ imaginatio corporis in animo: q̄ illa species corporis: inquantū hec in meliore natura est id est in substātia vitali sicuti animus ē: ita cū deū nouimus: q̄uis meliores efficiamur q̄ eramus anteq; nossemus: maximeq; cū eadē noticia etiā placita digneq; amata verbū est: fitq; aliqua dei similitudo illa notitia: tn̄ inferior est: q2 in inferiore natura est. Creatura quippe animus: creator autē deus. Ex quo colligitur: quia cum se mens ipsa nouit atq; approbat: sic est eadem noticia verbum eius vt ei sit par omnino τ equale: atq; identidem quia neq; inferioris essentie noticia est: sicut corporis. neq; superioris sicut dei. Et cum habeat noticia similitudinē ad eā rē quam nouit. hoc est cuius noticia est: hec habet perfectam τ equalem qua mens ipsa que nouit est nota. Ideoq; τ imago τ verbū est. q2 de illa exprimitur cum cognoscendo eidem coequatur: et est gignenti equale quod genitum est.

Cur sicut noticia mentis est proles: non etiā amor partus eiusdem sit.

Ca. xij.

Quid ergo amor. nō erit imago. nō verbū. non genitus. Cur enim mēs noticiā suā gignit cum se nouit: τ amorē suum nō gignit cū se amat. Nam si propterea est notionis sue causa quia noscibilis est: amoris etiam sui causa est: quia est amabilis Cur vtrunq; itaq; nō genuerit: difficile est dicere. Hec enim questio etiam de ipsa summa trinitate: omnipotentissimo creatore deo Beā. j ad cuius imaginē homo factus est: solet mouere homines: quos veritas dei per humanam locutionem inuitat ad fidem. Cur non spiritus quoq; sanctus a patre deo genitus vel creditur vel intelligitur: vt filius etiam ipse dicatur. Quod nunc in mente humana vtcunq; inuestigare conamur: vt ex inferiore imagine in qua nobis familiarius natura ipsa nostra quasi interrogata respondet exercitatiorem mentis aciem ab illuminata creatura ad lumen incōmutabile dirigamus. Si tamen veritas ipsa persuaserit: sicut dei verbum filium esse nullus christianus dubitat. ita caritatem esse spiritumsanctum. Ergo ad imaginē illam que creatura est. hoc est ad rationalem mētem: diligētius de hac re interrogandam considerandāq; redeamus: vbi temporaliter existens nonnullarum rerum noticia que ante non erat: τ aliquarum rerū amor: que antea non amabantur distinctius nobis aperit quid dicamus: quia τ ipsi locutioni temporaliter dirigende: facilior est ad explicandum res que in ordine temporum comprehenditur. Primo itaq; manifestū sit posse fieri vt sit aliquid scibile. id est quod sciri possit: τ tamen nesciatur. illud autē fieri non posse vt sciatur: quod scibile non fuerit. Unde liquido tenendum est q omnis res quācunq; cognoscimus congenerat in nobis noticiam sui. Ab vtroq; enim noticia pariter: a cognoscente τ cognito. Itaq; mens cum seipsam cognoscit: sola parens est noticie sue: τ cognitum enim τ cognitor ipsa est. erat autem sibi ipsa noscibilis: τ anteq; se nosset: sed noticia sui non erat in eā: cum seipsa non nouerat. Quod ergo cognoscit se: patrem sibi noticiam sui gignit: quia non minus se nouit quā est. nec alterius essentie est noticia eius: non solum quia ipsa nouit: sed etiam quia seipsam: sicut supra diximus

Quid ergo de amore dicēdū ē. cur nō etiam cū se amat: ipm quoqꝫ amorē sui genuisse videat. Et eni amabilis sibi. ⁊ añqꝫ se amaret: qꝛ poterat se amare sicut erat sibi noscibilis ⁊ anteqꝫ se nosset: qꝛ poterat se nosse. Nā si nō sibi esset noscibilis: nunqꝫ se nosse potuisset. Ita si nō sibi esset amabilis: nūqꝫ amare potuisset. Cur itaqꝫ amando se nō genuisse dicatur amorē suū: sicut cognoscendo se genuit noticiā suaꝫ. In eo quidē manifeste ostendit hoc amoris esse principium: vnde procedit: ab ipsa quidē mente procedit: que sibi ē amabilis anteqꝫ se amet atqꝫ ita principiū est amoris sui: quo se amat. Sed ideo non recte dicit genitus ab ea sicut noticia sui qua se nouit: qꝛ noticia iam inuentū est quod partuꝫ repertuꝫ dicit: quod sepe p̄cedit inquisitio eo fine getura. Nā inquisitio ē appetitus inueniēdi: qđ idē valet: si dicas reperiēdi. Que āt reperiūtur: quasi pariunt: vnde ꝓli similia sunt: vbi nisi in ipsa noticia. Ibi eni quasi expressa formantur. Nā ⁊si iam erant res quas querendo inuenimus: noticia tamen ipsa non erat: quā sicut prolē nascenteꝫ deputamus. porro appetitus ille qui est ingrendo procedit a querente: ⁊ pendet quodāmodo. neqꝫ requiescit fine quo intendit: nisi id quod queritur inuētum: querenti copulet. Qui appetitus. id est inquisitio: quāuis amor esse nō videat: quo id quod notū est: amatur. hoc enim adhuc vt cognoscatur agit: tamen ex eodē genere quiddā est. Nam voluntas iam dici potest: quia omnis qui querit inuenire vult: ⁊ si id querit quod ad noticiaꝫ ptineat: omnis q querit nosse vult. Quod si ardenter atqꝫ instanter vult studere dicitur: quod maxime in assequēdis atqꝫ adipiscendis quibusqꝫ doctrinis dici solet. Partum ergo mentis antecedit appetit⁹ quidam: quo id quod nosse volumus: querēdo ⁊ inueniendo nascitur proles ipsa noticia ac per hoc appetitus ille quo concipitur pariturqꝫ noticia: partus ⁊ proles recte dici non potest. Idemqꝫ appetitus quo inhiat rei cognoscende: fit amor cognite: dum tenet atqꝫ amplectitur placitā prolem. id est noticiaꝫ gignentiqꝫ coniungit Et est quedaꝫ imago trinitatis: ipsa mens ⁊ noticia eius: quod est ꝓles eius: ac de seipsa verbuꝫ eius: ⁊ amor tertius. ⁊ hec tria vnū atqꝫ vna substantia. Nec minor proles: dū tantam se nouit mens quāta est: nec minor amor dum tantum se diligit quantum nouit ⁊ quanta est.

Explicit liber nonus.

Incipiunt capitula libri decimi.

Aurelij augustini episcopi de trinitate liber decimus incipit.

De studijs discere amātiū qđ ignorāt: qđ tamen non expecterent scire si penitus ignorarent.

Capitulū. j.

Hinc ad ea ipsa consequenter enodatius explicāda limatior accedat intentio. Ac primum quia reꝫ prorsus ignotā amare omnino null⁹ potest diligēter intuendum est cuiusmodi sit amor studentium. id est nō

iam scientiũ: sed adhuc scire cupientiũ quãqꝫ
doctrinã. Et in his quippe rebus in quibus
nõ vſitate dicit̃ studium. solent existere amo/
res ex auditu: dum cuiusqꝫ pulchritudinis fa
ma ad videndũ ac fruendũ animus accendit̃
quia generaliter nouit corpoꝝ pulchritudi/
nes: ex eo ꝙ plurimas vidit: ⁊ inest intrinse/
cus vnde approbet̃: cui forinsecus inhiatur.
Quod cũ fit: nõ rei ꝑenitus incognite amor
excitatur: cuius genus ita notũ est. Cum aũt
virũ bonum amamus: cuius faciem non vi/
dimus: ex noticia virtutũ amamus: quas no
uimus in ipsa veritate. Ad doctrinas autem
cognoscendas: plerumqꝫ nos laudantiũ atqꝫ
predicantiũ accẽdit auctoritas. Attamen nisi
breuiter ĩpressã cuiusqꝫ doctrine haberem⁹
in animo notionẽ: nullo ad eã discendã stu/
dio: flagraremus. Quis enim sciende: ver/
bi gratia: rhetorice vllã curam ⁊ operã impẽ
deret: nisi ante sciret eã dicẽdi esse scientiam.
Aliquãdo etiã ipsaꝝ doctrinaꝝ fines audi/
tos expertosue miramur: ⁊ ex hoc inardesci/
mus facultatẽ cõparare discẽdo qua ad eos
ꝑuenire possimus. Tanqꝫ si litteras nesciẽ/
ti dicat̃: quandam esse doctrinam qua quisqꝫ
valeat: quãuis lõge absenti verba mittere ma
nu facta in silẽtio: que rursus ille cui mittunt̃
nõ auribus: sed oculis colligat: idqꝫ fieri vi/
deat. Nõne dũ cõcupiscit nosse quod id pos/
sit: omni studio circa illum finem mouet̃: quẽ
iã notũ tenet. Sic accedunt̃ studia discentiũ
Nam qd̃ quisqꝫ prorsus ignorat: amare nul
lo pacto põt. Ita etiã signum si quis audiat
incognitum: veluti verbi alicuius sonũ quo
quid significet̃ ignorat: cupit scire quid nã sit
id est sonus ille cui rei cõmemorande institu
tus sit: veluti audiat cum dicit̃ temetũ: ⁊ igno
rans quid sit: requirat. Iam itaqꝫ oportet vt
nouerit signũ esse. id est non esse inanẽ illam
vocẽ: sed aliquid ea significari. Alioqn iã no
tũ est h̃ trissyllabũ: ⁊ articulatã speciẽ suã im/
pressit aĩo ꝑ sensũ aurũ. Quid amplius in eo
requirat̃: quo magis innotescat: cui⁹ oẽs lr̃e oĩa
qꝫ soni spacia nota sunt: nisi: qꝛ simul innotuit
signũ esse: mouitqꝫ sciendi cupiditatẽ: cuius
rei signũ sit. Quo igit̃ amplius notũ est: sed
nõ plene notũ ẽ eo cupit aĩus de illo nosse qd̃
reliquũ ẽ. Si eni tãtũmõ esse istã vocẽ nos
set: eãqꝫ alicui⁹ rei signũ esse nõ esset: nihil iã
q̃reret de sensibili re: quãtũ poterat sentiẽdo
ꝑcepta. Quia ꝟo nõ solũ eẽ vocẽ: sꝫ ⁊ signũ
esse iã nouit: ꝑfecte id nosse vult. Neqꝫ vllũ
ꝑfecte signũ noscit̃: nisi cui⁹ rei signũ sit cog
scat̃. Hoc ẽ q ardẽti cura q̃rit vt nouerit: stu
dioqꝫ accẽsus insistit: nõ põt dici esse sine amo
re. Quid igit̃ amat. certe eni amari aliqd nisi
notũ nõ potest. Neqꝫ ille istas tres syllabas
amat: qꝛ scit eas significare aliquid: nõ inde
nunc agit̃. nõ eni hoc nosse q̃rit. Sꝫ in eo qd̃
scire studet qd amet: inq̃rimus. qd̃ ꝓfecto nõ
dũ nouit. ⁊ ꝓpterea miramur: cur amet: qm̃
firmissime nouim⁹ amari nisi nota nõ posse.
Quid ẽ amat. nisi qꝛ nouit atqꝫ intuet̃ in rõ/
nib⁹ reꝝ q̃ sit pulchritudo doctrine: q̃ ꝯtinet̃
notitie signorũ oĩuꝫ: ⁊ q̃ sit vtilitas in ea peri
tia: q̃ inter se humana societas sensa cõmuni/
cat: ne sibi hoĩuꝫ cet⁹ deteriores sint q̃zuis so
litudine: si cogitatiões suas colloquẽdo non
misceant̃. Hãc ẽ speciẽ decorẽ ⁊ vtilẽ cernit
aĩa: ⁊ nouit: ⁊ amat: eãqꝫ in se perfici studet
quantũ põt: qsqs vocũ significantiũ: quecũqꝫ
ignorat: inq̃rit. Aliud est eniꝫ qd̃ eã in veri/
tatis luce ꝯspicit: aliud qd̃ in sua facultate con
cupiscit. Cõcupiscit nãqꝫ in luce veritatis: q̃z
magnũ ⁊ q̃z bonũ sit: oẽs: oĩum gentiũ lingu
as intelligere ac loqui: nullãqꝫ vt alienigena
audire ⁊ a nullo ita audiri. Cui⁹ noticie dec⁹
cogitatiõe iam cernit̃: amaturqꝫ res nota: q̃
ita ꝯspicit̃: atqꝫ inflamat studia discentiuꝫ: vt
circa eã moueant̃ eiqꝫ inhient in omni ope/
ra: quã impẽdũt ꝯsequendi tali facultati: vt ẽt
vsu amplectant̃ qd̃ ratione ꝑnoscunt: atqꝫ ita
quisqꝫ cui facultati spe ꝓpinquat: ei feruenti⁹
amore inardescit. Eis doctrinis quippe stu/
det̃ vehemẽtius: q̃ capi posse nõ desperant̃.
Nã cui⁹ rei adipiscende spem qsqꝫ nõ gerit:
aut tepide amat: aut oĩno nõ amat: q̃zuis quã
pulchra sit videat. Quo circa: qꝛ oĩuꝫ lingua
rũ sciẽtia fere ab oĩbus desperat̃: sue gentis
qsqꝫ maxime studet: vt nouerit. Qd̃ si ⁊ illi
ad ꝑfectũ ꝑcipiẽde se nõ sufficere sentit nemo
tñ tam desidiosus est huius notitie: q nõ cum
audierit incognitũ verbũ: velit nosse qd illud
sit: ⁊ si põt: q̃rat ⁊ discat. Qd̃ dũ querit: vtiqꝫ
in studio discendi est: ⁊ videt̃ amare rẽ inco/
gnitã: quod nõ ita est. Species nãqꝫ illa tan
git animũ quã nouit ⁊ cogitat: in qua elucet
decus ꝯsociandoꝝ animoꝝ: in vocibus no/
tis audiendis: atqꝫ reddẽdis: eaqꝫ accendit
studio querentẽ quidẽ qd̃ ignorat: sed notã

formā quo id pertineat intuentes τ amantes.
Itaqȝ si querenti: verbi gratia: qd sit temetū
hoc eniȝ exēpli causa posuerā: dicat: quid ad
te ptinet. respōdebit. Ne forte audiā loquen
tē: τ nō intelligaȝ: aut vspiam forte id legaȝ:
τ qd scriptor senserit nesciaȝ. Quis tandem
huic dicat: noli intelligere quod audis. noli
nosse qd legis. Omnib⁹ eniȝ fere animis rō
nalibus in ꝓmptu est: ad vidēdū huius peri
tie pulchritudo: qua hiuum inter se cogitatatā:
significantiū vocū enunciatione noscunt pro
pter hoc notū decus: τ ob hoc amatū q̄ notū
studiose querit verbuȝ illud ignotuȝ. Itaqȝ
cuȝ audierit atqȝ cognouerit temetū: a veteri
bus vinuȝ appellatuȝ: sed iā ex vsu loquēdi
quē nūc habemus hoc vocabulū emortuū ꝓ
pter nōnullos fortasse veteꝝ libros sibi neces
sariuȝ deputabit. Si aūt τ illos supuacaneos
hȝ: forte iam nec dignuȝ qd̄ memorie cōmen
det existimat: q̄ videt ad illaȝ speciē doctrine
quaȝ notaȝ mēte intuet atqȝ amat: minime ꝑ
tinere. Quāobrē ōis amor studētis animi:
hoc est volentis scire qd̄ nescit: non est amor
eius rei quā nescit: sed eius quā scit: ꝓpter q̄ȝ
vult scire qd̄ nescit. aut si taȝ curiosus est. vt
nō ꝓpter causam aliaȝ notā: sed solo amore
rapiat incognita sciēdi: discernendus quidē
est a studiosi noie iste curiosus: sed nec ipse
amat incognita: imo cōgruentius dicit: odit
incognita: que nulla esse vult: dū vult oia eē
cognita. Sed ne q̄sq̄ȝ nobis difficilioreȝ refe
rat questionē: asserens tam non posse quēq̄ȝ
odisse qd̄ nescit. q̄ȝ nō pōt amare qd̄ nescit: n̄
resistimus verbis: sed intelligenduȝ est: non
hoc ideȝ dici cum dicitur: amat scire incogni/
ta: ac si diceretur: amat incognita. Illud eni
fieri pōt vt amet quisqȝ scire incognita. vt au
tem amet incognita nō pōt. Nō eniȝ frustra
ibi est positū scire: Quoniā qui scire amat in
cognita: non ipsa incognita: sed ipsum scire
amat. Qd̄ nisi haberet cognitū neqȝ scire se
quicquā posset fidenter dicere: neqȝ nescire.
Nō solum enim q dicit scio: τ verū dicit: ne/
cesse est vt qd sit scire sciat: sed etiā q dicit ne/
scio: idqȝ fidider τ verū dicit: τ scit verum se
dicere. scit vtiqȝ quid sit scire: q̄ τ discernit
a sciente nescientē: cū veraciter se intuens di
cit nescio. Et cū ipse scit se verū dicere: vnde
sciret: si quid sit scire: nesciret.
Quibus causis amari vident cognita: cum
ipsa scientia eorum que nescimus expetitur.

Capi. ij.

Vilibet igit studiosus: quilibet curio
q sus nō amat incognita: cuȝ ardentissi/
mo appetitu instat scire qd̄ nescit. Aut
enim iam genere notū habet quod amat: id/
qȝ nosse expetit: etiā in aliqua re singula: ve
in singulis reb⁹ q̄ illi nōdū note forte laudātr
fingitqȝ animo imaginariā formam qua exci
tet in amorem. Vnde autē fingit: nisi ex his
que iaȝ nouerat. Cui tñ forme animo figura
te ꝑatqȝ in cogitatiōe notissime: si eam que lau
dabatur dissimilem inuenerit: fortasse non
amabit. Quod si amauerit: ex illo amare in/
cipiet ex quo didicit. pauloante quippe alia erat
que amabatur: quam sibi animus formans
exhibere consueuerat. Si aūt illi forme simi
lem inuenerit quam fama predicauerat: cui
vere possit dicere: iam te amabam. nec tunc
vtiqȝ amabat incognitam: quam in illa simi/
litudine nouerat. Aut i specie sempiterne ra
tionis videmus aliquid τ ibi amam⁹: quod
cum expressum in aliqua rei tēporalis effigie
illis qui experti sunt laudantibus τ amamus
τ credimus: nō aliquid amamus incognituȝ
vñ iam supra satis disseruimus. Aut aliquid
notū amamus: propter quod ignotū aliquid
querimus. cuius ignoti amor nequaq̄ȝ nos
tenet: sed illius cogniti quo ꝑtinere nouimus
vt illud etiā qd̄ adhuc ignotū querimus no/
uerimus. sicut de incognito verbo pauloan/
te locutus sum. Aut ipsuȝ scire quisqȝ amat:
qd̄ nulli scire aliqd cupiēti esse incognitū pōt
His causis vident amare incognita: qui sci
re aliqd volūt qd̄ nesciunt: τ ꝓpter ardentio/
reȝ querendi appetitum sine amore esse dici
non possunt. Sed quāq̄ȝ se res aliter habeat
nec omnino quicq̄ȝ ametur incognituȝ: ꝓarbi
tror me persuasisse verū diligenter intuenti/
b⁹. Sed q̄ exēpla q̄ dedimus eorū sunt qui
aliquid qd̄ ipsi nō sunt nosse cupiunt: viden
dū est ne forte aliquod nouū genus appareat
cum seipsa mens nosse desiderat.
An incognita sibi sit mēs cuȝ se querit vt no
uerit.

Capi. iij.

Vid ergo amat mens: cū ardenter se
q ipsam querit vt nouerit: dum incogni
ta sibi est. Ecce eniȝ mēs semetipsam
querit vt nouerit: τ inflammatur hoc studio.
Amat igitur. Sed quid amat. Seipsam.

Quō: cū se nōdū nouerit nec qsq̃ȝ possit ama
re qḋ nescit. An ei i fama p̄dicauit speciē suā
sicut de absētibus solemꝰ audire. Forte ḡ se
nō amat: sȝ qḋ de se fingit hoc amat. lōge for
tasse aliud q̃ȝ ipsa est. aut si se mens sui similē
fingit: ⁊ ideo cū hoc figmentū amat: se amat
anteq̃ȝ nouerit: q꞉ id qḋ sui simile est intuet̃.
Nouit igit̃ al's mētes ex qbus se fingat: ⁊ ge
nere ipso sibi nota est. Cur ḡ cū alias mētes
nouit: se nō nouit: cū seipsa nihil possit esse p̄
sentiꝰ. Qḋ si vt oculis corpis magis alij ocu
li noti sunt: q̃ȝ ipsi sibi: nō se ergo q̃rant nūq̃ȝ
inuētura. Nunq̃ȝ enīȝ se oculi preter specula
videbūt. Nec vllo mō putandū est etiā rebꝰ
incorporeis cōtemplandis tale aliquid adhi/
beri: vt mens tāq̃ȝ in speculo se nouerit. An
in rōne veritatis eterne videt q̃ȝ speciosuȝ sit
nosse semetip̄am: ⁊ h̄ amat: qḋ videt studet/
q̃ȝ in se fieri: q꞉ q̃ȝuis sibi nota nō sit: notū tn̄
ei ē q̃ȝ bonū sit vt sibi nota sit. Et h̄ qdē ꝑmi
rabile ē: nōdū se nosse: ⁊ q̃ȝ sit pulchrū se nos
se iā nosse. An aliquē finē optimū. id est secu
ritatē ⁊ beatitudinē suā videt: ꝑ quādā occul
tā memoriā q̃ in lōginq̃ eā ꝓgressaȝ nō deſ̃/
uit: ⁊ credit ad eūdē finē: nisi seip̄am cogno/
uerit se ꝑuenire nō posse. Ita dū illud amat
hoc q̃rit: ⁊ notū amat illud ꝓpter qḋ q̃rit igno
tū. Sȝ cur memoria beatitudinis sue potuit:
⁊ memoria sui cū ea ꝑdurare nō potuit: vt tā
se nosset q̃ vult ꝑuenire: q̃ȝ nouit illud q̃ vult
ꝑuenire. An cū se nosse amat: nō se quā non
dū nouit: sȝ ip̄m nosse amat: acerbiusq̃ȝ tole/
rat seip̄am deesse sciētie sue: q̃ vult cūcta com
p̄hendere. Nouit aūt qd sit nosse: ⁊ duȝ hoc
amat qḋ nouit: etiā se cupit nosse. Vbi ergo
nosse suū nouit si se ñ nouit: nā nouit qḋ alia
nouerit: se aūt nō nouerit: hinc eni nouit: et
qd sit nosse. Quo pacto igit̃ se aliqd scientem
scit: q̃ seip̄am nescit. neq̃ȝ enīȝ alterā mentem
sciētē sit sȝ seip̄am. Scit igit̃ seip̄am. Deinde
cū se q̃rit vt nouerit: querentē se iā nouit. Iā
se ergo nouit. Quapropter nō pōt oino nesci
re se. Que dum se nescientē scit: se vtiq̃ȝ scit.
Si aūt se nescientē nesciat: nō se querit sciat.
Quapropter eoipso quo se querit: magis se
sibi notā quā ignotā esse cōuincit̃. Nouit eni
se querentē atq̃ȝ nescientē: dū se querit vt no
uerit. Quid ergo dicemus. An qḋ ex parte
se nouit: ex parte nō nouit. Sȝ absurdū ē di/
cere: nō eam totā scire qḋ scit. Nō dico totuȝ
scit: sed quod scit: tota scit. Cuȝ itaq̃ȝ aliqd de
se scit: qḋ nisi tota nō pōt: totā se scit. Scit aūt
se aliqd scientē: nec pōt quicq̃ȝ scire nisi tota.
Scit se igit̃ totā. Deinde qd eius ei tā notuȝ
est quā se viuere.

De proprijs mētis que nō potest ignorare.
Capitu. iiij.

n On pōt aūt ⁊ mēs esse ⁊ non viuere:
qn̄ habet etiam amplius vt intelligat.
Nā ⁊ anime bestiarum viuūt: sȝ nō itelligūt
Sicut ḡ mens tota mēs ē: sic tota viuit. No
uit aūt viuere se. Totā se igit̃ nouit. Postre
mo cū se nosse mēs q̃rit: mētē se esse iā nouit
aliogn vtrū se querat ignorat: ⁊ aliud ꝓ alio
forsitā querat. Fieri enīȝ pōt vt ipsa non sit
mēs: atq̃ȝ ita dū mētē nosse querit: nō seip̄aȝ
querat. Quapropter qm̄ cū querit mens qd
sit mens: nouit qḋ se querat. ꝑfecto nouit qḋ
ipsa sit mēs. porro si hoc in se nouit qḋ mens
est: ⁊ tota mēs est: totā se nouit. Sed ecce nō
se nouerit esse mentē. cū aūt se querit: hoc tan
tūmodo nouerit qḋ se q̃rat. Pōt enīȝ etiā sic
aliud ꝓ alio querere: si hoc nescit. vt aūt non
querat aliud ꝓ alio: ꝓculdubio nouit qd que
rat. At si nouit qd querat: ⁊ seipsam q̃rit: se/
ip̄am vtiq̃ȝ nouit. Quid ḡ adhuc: q̃rit ꝙ si ex
parte se nouit: ex parte aūt adhuc querit: non
seipsam: sed partē suā querit. Cū enīȝ eaipsa
dicit̃: tota dicit̃. Deinde q꞉ nouit nōdū se a se
inuentā totā: nouit quāta sit tota. Atq̃ȝ ita q̃/
rit quod deest: quēadmodū solemꝰ querere
vt veniat in mentē qḋ excidit. nec tn̄ penitus
excidit: q꞉ pōt recognosci cū venerit hoc esse
quod querebat̃. Sed quō mens veniat i mē
tē quasi possit mens in mente nō esse: huc ac
cedit q꞉ si parte inuenta non se totā queritꝰ: tn̄
tota se querit. Tota ergo sibi presto est: ⁊ qd
adhuc queratur nō est: hoc enīȝ deest qḋ que
rit̃: nō illa que querit. Cuȝ itaq̃ȝ tota se querit
nihil eius deest. Aut si nō tota se querit: sȝ ꝑs
q̃ inuēta est: querit partē que nōdū inuēta est
Nō se ergo mēs querit cuius se ñulla pars q̃
rit. pars enim que inuēta est: nō se querit. ꝑs
aūt que nondū inuenta est: nec ipsa se querit:
quoniā ab ea iam inuenta est parte queritur.
Quocirca quia nec tota se mēs querit: nec
pars eius vlla se querit: se mens omnino nō
querit.

In quo mens nosse se debeat: ⁊ a quibus ab
stinere ne eis quasi proprijs delectet̃ atq̃ȝ in

se minus nouerit. Capi. v.

Quid ergo ei preceptum est: vt se/ipsam cognoscat: credo vt seipsam cogitet: ⁊ ſm naturā suam viuat. id est vt ſm naturā suam ordinari appetat: sub eo scꝫ cui subdenda est: supra ea quibus prepo/nenda est. sub illo a quo regi debet. supra ea que regere debet. Multa enim per cupidita/te prauam tanꝗ̄ sui sit oblita: sic agit. Uidet enim quedam intrinsecus pulchra: in prestā/tiore natura que deus est. Et cum instare de/beat vt eis fruatur: volens ea sibi tribuere: ⁊ nō ex illo: similis illius: sed ex seipsa esse qd̄ ille est: auertitur ab eo: moueturqꝫ ⁊ labitur in minꝰ ⁊ minus: quod putatur amplius ⁊ amplius: qꝛ nec ipsa sibi: nec ei quicꝙ̄ sufficit recedēti ab illo qui solus sufficit. Ideoqꝫ per egestatē ac difficultatem fit nimis intenta in actiones suas ⁊ inquietas delectatiōes quas p eas collı/git: atqꝫ ita cupiditate acquirendi noticias ex his que foris sunt quorum cognitum genus amat ⁊ sentit amitti posse nisi ipēsa cura teneā/tur: perditqꝫ securitatē: tantoqꝫ seipsaꝫ minꝰ cogitat: quāto magis secura est: ꝙ se nō possit amittere. Ita cum aliud sit nō se nosse: aliud nō se cogitare. Nā neqꝫ enim multarum doctrinarum peritū: ignorare grāmaticā dicimus cū eam nō cogitat: qꝛ de medicina arte tunc cogitat. Cum ergo aliud sit non se nosse: aliud nō se cogitare: tanta vis est amoris: vt ea que cuꝫ amore diu cogitauerit: eisqꝫ cure glutino in/heserit: attrahat secuꝫ etiā cū ad se cogitandā quodāmodo redit. Et qꝛ illa corpa sunt que foris p sensus carnis adamauit: eorūqꝫ diu/turna quadā familiaritate implicata est: nec se cū pōt introrsum tanꝗ̄ in regionē in corpo/ree nature ipa corpora inferre imagines eo/rū ꝯuoluit ⁊ rapit: factas in semetipsa: de se/metipsa. Dat enim eis formādis quiddā sub/stantie sue. seruat auteꝫ aliquid: quo libere de specie talium imaginum iudicet: ⁊ hoc ē ma/gis mens id est rationalis intelligentia: que seruat vt iudicet. Nam illas anime partes q̄ corporum similitudinibus īformant etiā cū be/stijs nos cōmunes habere sentimus.

In quibus mens de se cogitans possit erra/re. Capi. vi.

Errat aūt mens: cū se istis imaginibꝰ tanto amore cōiungit: vt etiam se esse aliquid huiōi existimet. Ita enim con/formatur eis quodāmō: nō id existendo: sꝫ pu/tādo: nō quo se imaginē putet: sed oino illud ipm cuiꝰ imaginē secū hꝫ. Uiget qppe in ea iudiciū discernēdi corpus qd̄ foris relinquit ab imagine: quā de illo secū gerit: nisi cuꝫ ita exprimuntur eedem imagines tanꝗ̄ foris sen/tiantur: nō intus cogitentur: sicut dormientibus: aut furētibꝰ: aut i aliqua extasi accidere solet.

De opinionibꝰ corporum q mētē aliqd ſcipuū cor/poris esse senserunt. Capi. vij.

Cum itaqꝫ se tale aliqd putat: corpꝰ eē se putat. Et qꝛ sibi bene ꝯscia est: prin/cipatus sui quo corpus regit. hinc fa/ctū est vt quidā quererēt qd corporis āplius valeret in corpe. ⁊ hoc eē mētē: vel oino totā aīam existimarent vt empedocles ⁊ ericates opinati sunt. Itaqꝫ alij sanguinē: alij cerebrū alij cor: nō sicut scriptura dicit. Cōfitebor ti/bi dn̄e in toto corde meo. Et diliges domi/nū deū tuū ex toto corde tuo. Hoc eni abutē/do vel trāsferendo vocabulo dr̄ a corpore ad aīuꝫ: sed ipsaꝫ oino particulā corporis quā in visceribꝰ dilaniatis videmꝰ: eā esse putaue/rūt. Alij ex minutissimis indiuiduisqꝫ corpu/sculis quas atomos dicūt: ꝯcurrentibus in se atqꝫ coherētibus: eā ꝯfici crediderunt. Alij aerē. alij ignē: substātiā eius esse dixerunt. Alij eā nullā esse substātiā: qꝛ nisi corpꝰ. nul/lā substātiā poterāt cogitare: ⁊ eā corpus esse nō inueniebāt. sed ipam tēperationē corporis nr̄i vel cōpagē primordiorum: qbꝰ ista caro tā/quā conectitur: esse opinati sunt: eoqꝫ oēs eam mortalē esse senserūt. qꝛ siue corpus esset. si/ue aliqua cōpositio corpis: nō possꝫ vtiqꝫ im/mortaliter ꝑmanere. Qui vero eius substan/tiā vitaꝫ quandaꝫ nequaꝗ̄ corporeā: qn̄ qui/deꝫ vitaꝫ omne viuū corpus animantē ac vi/uificantē esse reppererūt: ꝯsequenter ⁊ immor/talem: quia vita carere vita nō potest: vt quis/qꝫ potuit ꝓbare conati sunt. Nam de quin/to illo nescio quo corpore: quod notissimis quattuor huius mundi elementis quidaꝫ cō/iungētes: hinc animaꝫ esse dixerūt: hoc loco diu differendū non puto. Aut enim hoc vo/cant corpus quod nos: cuius in loci spacio pars toto minor est: ⁊ in illis annumerandi suntq mētē corporeā eē crediderūt. Aut si vel oēꝫ substātiā vel oēm mutabilē substātiā cor/pus appellāt: cū sciāt nō omne locorum spacijs aliqua lōgitudine vel latitudine ⁊ altitudine

Ps. 9.
Io. 37
Deu. 6

cōtineri: nō cū eis de vocabuli questione pugnandū est. In his oīb⁹ sentētijs q̄squis videt mētis naturā ⁊ esse substātiam ⁊ nō esse corporeā. id est nō minore sui parte minus occupare loci spacium maiusq̧ maiore: simul oportet videat eos q̄ opinant̄ esse corporeā: nō ob hoc errare qđ mens desit eorꝝ noticie: sꝫ qđ adiūgūt ea: sine q̄bus nullā p̄nt cogitare naturā. Sine phātasijs eni corporꝝ quecūq̧ visi fuerint cogitare: nihil oīno esse arbitrant̄ iōq̧ nō se tanq̄ꝫ sibi desit mēs requirat. Quid eniꝫ tam cogitationi adest: q̄ꝫ id qđ mēti adest. aut q̄d tam mēti adest: q̄ꝫ ipsa mens. Unde ⁊ ipsa q̄ appellat̄ inuētio: si verbi originem retractem⁹: q̄d aliud resonat: nisi q̧ inuenire est in id venire qđ q̄rit̄. Propterea q̄ quasi vltro in mentē veniūt: nō vsitate dicunt̄ inuēta: q̄ꝫuis cognita dici possint: q̧ non in ea q̄rendo tēdebamus vt in ea veniremus. hoc ē ea inueniremus. Quapropt̄ sicut ea q̄ oculis aut vllo alio corporis sensu requirunt̄: ipsa mēs q̄rit. ipsa eniꝫ etiā sensuꝫ carnis intēdit. tūc āt inuenit: cū in ea que requirunt̄ idē sensus venit. Sic alia que nō corporeo sensu internūcio: sed p seipsaꝫ nosse debet cū in ea venit: inuenit. Aut in sup̄iore substātia. id est in deo aut in ceteris anime p̄tibus sicut de ipsis imaginibus corporꝝ cū iudicat. intus eniꝫ in aīa eas inuenit p corpus impressas.

Qđ mēs nosse se cupiēs nihil eorꝝ de se corporeū debeat cogitare. Capi. viij.

Ergo seipsaꝫ quēadmodū q̄rat ⁊ inueniat mirabilis questio ē. quo tēdat: vt querat. aut veniat: vt inueniat. Quid eniꝫ tā in mēte q̄ꝫ mēs est. Sꝫ q̧ in his ē que cū amore cogitat. sensibilibus aūt. id ē corporalib⁹ cū amore assuefacta est: nō valet sine imaginibus eorꝝ esse in semetipsa. hinc ei oborit̄ erroris dedecus: dū rerū sensaruꝫ imagines se cernere a se n̄ pōt: vt se solā videat. Cohesērūt eniꝫ mirabiliter glutino amoris: ⁊ hec est eius immundicia: q̄m dū se solā nitit̄ cogitare. hoc se putat esse sine quo se non pōt cogitare. Cum igit̄ ei precipit̄ vt seipsaꝫ cognoscat: nō se tanq̄ꝫ sibi detracta sit querat: sed id qđ sibi addidit detrahat. Interior est enim ipsa: nō solū q̄ꝫ ista sensibilia q̄ manifeste foris sunt: sꝫ etiā q̄ꝫ imagines eorū que in parte quadā sūt anime: quā habēt ⁊ bestie: q̄ꝫuis intelligētia careant que mentis est p̄pria. Cum ergo sit mens interior quodāmodo exit a semetipsa. cū in hec quasi vestigia multaꝝ intētionū exerit amoris affectū. Que vestigia tanq̄ꝫ imprimunt̄ memorie: q̄n hec que foris sunt corporalia sentiunt̄: vt etiaꝫ cū absunt ista: presto sint tn̄ imagines eorꝝ cogitantib⁹. Cognoscat ergo semetipsaꝫ: nec quasi absentē se querat: sꝫ intentionē voluntatis qua p alia vagabat̄ statuat in seipsam: ⁊ se cogitet. Ita videbit q̧ nūquaꝫ se nō amauerit: nunq̄ꝫ nescierit. Sꝫ aliud secū amādo cū eo se ꝯfundit ⁊ ꝯcreuit quodāmō: atq̧ ita dum sicut vnū diuersa cōplectit̄: vnū putauit esse que diuersa sunt.

Quō mēs cognoscit seipsaꝫ. Ca. ix.

Non itaq̧ velut absenteꝫ se q̄rat cernere: sed p̄sentē se curet discernere. Nec se q̄si nō norit cognoscat: sed ab eo quo alterū nouit dinoscat. Ipm eniꝫ qđ audit: cognosce teipsam: quō agere curabit si nescit. aut q̄d sit cognosce. aut q̄d sit teipsaꝫ. Si aut vtrūq̧ nouit. nouit seipsaꝫ: q̧ nō ita dr̄ mēti cognosce teipsaꝫ: sicut dr̄: cognosce cherubin aut seraphin. De absentibus eniꝫ illis credimus: s̄m qđ celestes quedā p̄tātes esse predicant̄. Neq̧ sicut dicit̄ cognosce volūtatē illi⁹ hoīs: que nobis nec ad sentiendū vllo modo nec ad intelligendū p̄sto ē: nisi corporalibus signis editis. ⁊ hoc ita vt magis credamus q̄ꝫ intelligamus. Neq̧ ita vt dr̄ homini: vide faciē tuā: qđ nisi in speculo fieri nō pōt. Nam ⁊ ip̄a nr̄a facies absens ab aspectu nr̄o est: q̧ nō ibi est quo ille dirigi pōt. Sꝫ cū dicit̄ menti. Cognosce teip̄am: eo ictu quo intelligit qđ dictū est: teipsam cognoscit seip̄aꝫ: nec ob aliud q̄ꝫ eo quo sibi presens ē. Si aūt qđ dictuꝫ est nō intelligit: nō vtiq̧ facit. hoc igit̄ ei p̄cipit̄ vt faciat: qđ cū ipsum preceptuꝫ intelligit: facit. Nō ergo adiūgat aliud ad id qđ seipaꝫ cognoscit: cū audit vt seipsaꝫ cognoscat. Certe enim nouit sibi dici: sibi scilicet que est: ⁊ viuit: ⁊ intelligit. Sed est ⁊ cadauer: viuit ⁊ pecus. intelligit aūt nec cadauer nec pecus. Sicut ergo sese esse ⁊ viuere scit: quomodo est: ⁊ viuit intelligentia.

Qđ mēs nosse se cupiens nihil eorum de se opinari debeat de quibus scit esse dubitādū. Capitu. x.

Num ergo: verbi grā: mens aerem se putat: aerē intelligere putat. Se tn̄ intelligere scit. aerem autē se esse nō scit:

sed putat. Secernat qd putat: cernat qd scit: hoc ei remaneat. Un ne illi qdẽ dubitauerũt q aliud atq3 aliud corpus esse mentẽ putaue/ rũt. Neq3 enĩ oĩs mẽs aere3 se esse existimat s3 alie igne3: alie cerebrũ: alieq3 aliud corpus ⁊ aliud alie. sicut supra cõmemoraui: oẽs tñ se intelligere nouerũt ⁊ esse ⁊ viuere. Sed in telligere ad id qd intelligũt referũt. esse aũt et viuere ad seipsas. Et nulli ẽ dubiũ: nec quẽ/ q̃3 intelligere qui nõ viuat: nec quẽq̃3 viuere q nõ sit. Ergo cõsequenter ⁊ esse ⁊ viuere id qd intelligit: nõ sicuti est cadauer qd nõ viuit nec sicuti viuit aia q̃ nõ intelligit: sed ꝓprio quodã eodẽq3 prestantiore modo. Itẽ velle se sciũt: neq3 hoc posse quẽq̃3 q nõ sit si q non viuat pariter sciũt. Itẽq3 ipsam volũtatẽ refe runt ad aliqd qd ea volũtate volunt meminis se etiã se sciunt: simulq3 sciũt qd nemo memi nisset nisi esset ac viueret. S3 ⁊ ipsa3 memo/ ria3 referimus ad aliqd qd ea meminimus. Duobus igit̃ hoꝝ triũ memoria ⁊ intelligen tia multarũ reru3 noticia atq3 scientia cõtinẽ/ tur. voluntas aũt adest: p q̃3 fruamur eis vel vtamur. Fruimur eni3 cognitis: in qbus vo lũtas ipsis ꝓpter seipsa delectata conquiescit. vtimur vero eis que ad illud referimus quo fruendũ est. Nec ex alia vita hominũ vitiosa atq3 culpabilis: q̃3 male vtẽs ⁊ male fruens. De qua re nõ est nunc disserendi locus. S3 qm̃ de natura mẽtis agit̃: remoueamus a cõ sideratione nr̃a oẽs noticias q̃ capiunt̃ extrin secus p sensus corꝑis: ⁊ ea q̃ possumus oẽs mẽtes de seipsis nosse: certasq3 esse diligẽti⁹ attẽdam⁹. Utrũ eni aeris sit vis viuẽdi: re/ miniscendi: itelligẽdi: volẽdi: cogitãdi: scien di: iudicãdi. An ignis: an cerebri: an sangui nis: an atomoꝝ: an p̃ter vsitata quattuor ele mẽta: qnti nescio cui⁹ corꝑis: an ipsi⁹ carnis nr̃e cõpago: vel tẽperamẽtũ hec efficere vale at. dubitauerũt hoies: ⁊ ali⁹ h: ali⁹ aliud affir mare conatus ẽ. Uiuere se tñ ⁊ meminisse: ⁊ itelligere: ⁊ velle: ⁊ cogitare: ⁊ scire: ⁊ iudica re qs dubitet. Qñ qdẽ etiã si dubitat viuit. si dubitat vñ dubitet meminit. si dubitat dubi/ tare se intelligit. si dubitat certus esse vult. si dubitat cogitat. si dubitat scit se nescire. si du bitat iudicat nõ se temere ꝯsentire oportere. Quisqs igit̃ aliũde dubitat: de his oibus du bitare nõ d3. que si nõ essent: de vlla re dubi tare nõ posset. Hec oia q vel corpus vel cõ/ positionẽ seu tẽperatione3 corꝑis esse mentẽ putãt: in subiecto esse volũt videri: vt substã tia sit aer: vel ignis: siue aliqd aliud corpus: qd mẽte3 putãt. Intelligẽtia vero ita isit huic corpori: sicut q̃litas eius: vt illud subiectũ sit: hec in subiecto. subiectũ sc3 mẽs quã corpus esse arbitrant̃. in subiecto aũt intelligẽtia: si/ ue qd aliud coꝝ que certa nobis eẽ cõmemo rauim⁹. Iuxta opinant̃ etiã illi q mentẽ ipsa3 negãt esse corpus: s3 cõpaginẽ aut tẽperatio/ nẽ corꝑis. Hoc eni3 iterest: q illi mẽtẽ ipsa3 dicũt esse substantiã: in quo subiecto sit intelli gẽtia. Isti aũt ipam mente3 in subiecto eẽ di/ cunt corꝑe sc3 cuius cõpositio vl' temperatio est. Un ꝯsequenter etiã intelligẽtia3 qd aliud q̃3 in eodẽ subiecto corꝑe existimãt. Qui om nes nõ aduertũt mẽtẽ nosse se etiã cũ q̃rit se: sicut iã ostendim⁹. Nullo mõ aũt recte dicit̃ sciri aliqua res: dũ eius ignorat̃ substantia. Quapropter cũ se mens nouit: substantiam suã nouit: ⁊ cũ de se certa est: de substãtia sua certa est. Certa est aũt de se: sicut cõuincũt ea que supra dicta sunt. Nec oino certa ẽ: vtru3 aer an ignis sit: an aliqd corpus: vel aliquid corꝑis. Nõ ẽ igit̃ aliqd coꝝ. Totumq3 illud qd se iubemur vt nouerit: ad hoc ꝑtinet vt cer ta sit: nõ se esse aliqd coꝝ de qbus incerta est: idq3 solũ esse se certa sit: qd solũ esse se certa ẽ. Sic eni3 cogitat ignẽ aut aerẽ: ⁊ qcqd aliud corporis cogitat. Neq3 vllo modo fieri poss3 vt ita cogitaret id qd ipa ẽ: quẽadmodũ cogi tat id qd ipa nõ est. Per phãtasiã qppe ima/ ginaria3 cogitat hec oia: siue ignẽ: siue aerẽ: siue illud corpus: partemue vllã: siue compa gine3 temperationẽq3 corporis nec vtiq3 ista oia: sed aliquid hoꝝ esse dicit̃. Si quid aute3 horu3 esset: aliter id quã cetera cogitaret: non scilicet p imaginale figmentu3: sicut cogitant̃ absentia: que sensu corporis tacta sunt: siue omnino ipsa: siue eiusdẽ generis aliqua: sed quadm interiore: nõ simulata: sed vera pre/ sentia. Non enim quicq̃3 illi est seipsa presen tius: sicut cogitat viuere se ⁊ meminisse ⁊ in telligere ⁊ velle se. Nouit enim hec in se: nec imaginatur quasi extra se illa sensu tetigerit: sicut corporalia queq3 tangunt̃. Ex quorum cogitationibus si nihil sibi affingat: vt tale ali quid esse se putet: quicquid ei de se remanet: hoc solum ipsa est.

De memoria intelligentia ⁊ voluntate in

quibus mens vz in e quandã imaginẽ diuine trinitatis. Capi. xi.

Remotis igit paulisp ceteris: quorum mẽs de scipsa certa ẽ: tria hec potissimũ ɔsiderata tractem⁹: memoriã: intelligentiã: volũtatẽ. In his eniz trib⁹ inspici solet etiã ingenia paruuloꝝ cuiusmodi pferãt indolẽ. Quãto qppe tenatius ꝛ facilius puer meminit: quãtoqz acuti⁹ intelligit ꝛ studet ardẽtius: tãto est laudabilioris ingenij. Cũ vero de cuiusqꝫ doctrina qrit: nõ quãta firmitate ac facilitate meminerit: vl quãto acumine intelligat: ſ3 qd meminerit: ꝛ qd intelligat qrit. Et qꝛ nõ tm̃ quã doctus sit ɔsiderat laudabilis aius: ſ3 etiã qꝫ bonus. nõ tm̃ quid meminerit ꝛ q̃d itelligat: verũetiã qd velit attendit. nõ quãta flagrãtia velit: ſ3 qd velit prius: deinde quãtũ velit. Tũc eniz laudãdus ẽ aius vehemẽter amãs: cũ id qđ amat vehemẽter amãdũ est. Cũ ḡ dicunt hec tria: ingenũ: doctrina: vsus. Primũ hoꝝ ɔsiderat i illis trib⁹ qd possit qsqz memoria: ꝛ itelligẽtia: ꝛ volũtate. Scđm eoꝝ ɔsiderat qd habeat qs memoria: ꝛ itelligẽtia: quo studiosa volũtate puenerit. Iã vero vsus tertius in voluntate est ptractante illa que in memoria ꝛ itelligẽtia ɔtinent: siue ad aliqd ea referat: siue eoꝝ fine delectata ɔqescat. Vti eni ẽ assumere aliqd in facultatẽ volũtatis. vti aũt dicit qđ in vsum venerit: ad id qđ amas obtinendũ referre. ꝛ tm̃ amãdũ est. Frui est eniz amore inherere alicui rei ꝓpter scipsam. frui est aũt vti cũ gaudio nõ adhuc spei: sed iam rei. Proinde ois q fruit: vtit. assumit eniz aliqd in facultatẽ voltaũtis: cũ fine delectiõis. Nõ aũt ois qui vtit: fruit. sed id qđ facultatẽ volũtatis assumit: nõ ꝓpter illud ip̃3: ſ3 ꝓpter aliud appetit. Hec igit tria: memoria: itelligẽtia: voluntas: qm̃ non sunt tres vite sed vna vita: nec tres mentes sed vna mens: ɔsequenter vtiqz nec tres substãtie sunt sed vna substãtia. Memoria qppe: q vita ꝛ mẽs: et substãtia dr: ad seipã3 dicit. Qđ vero memoria dr ad aliqd relatiue dr. Hoc de intelligẽtia quoqz: ꝛ de volũtate dixerim. Et intelligẽtia qppe ꝛ volũtas: ad aliqd dicunt. Vita est aũt vnaqueqz ad seipsam: ꝛ mens ꝛ essentia. Quocirca tria hec eo sunt vnũ: quo vna vita: vna mẽs: vna essentia. Et quicquid aliud ad seipsa singula dicunt: ẽt simul nõ pluralit ſ3 singulalr dicunt. Eo vo tria quo ad se inucẽ referunt. q̄ si equalia nõ essent: nõ soluz singula singulis: sed etiã oibus singula: nõ vtiqz se inuicẽ caperet. Neqz eni tm̃ a singulis singula: verũetiã a singulis oia capiunt. Memini eni me habere memoriã: ꝛ itelligẽtiã: ꝛ volũtatẽ. ꝛ itelligo me intelligere ꝛ velle atqz meminisse. ꝛ volo me velle: ꝛ meminisse: ꝛ itelligere. totãqz meã memoriã ꝛ intelligẽtiã ꝛ volũtatẽ simul memini. Qđ eniz memorie mee nõ memini: nõ ẽ in memoria mea. Nihil aũt tã in memoria: qꝫ ipsa memoria est. Totã igit. Itẽ qcqd intelligo intelligere me scio. ꝛ scio me velle qcqd volo. Quicqd aũt scio memini. Totãqz igit itelligentiaz totãqz volũtatẽ meã memini. Similiter cum hec tria itelligo: tota simul itelligo. Neqz eni qcqꝫ itelligibiliũ nõ intelligo: nisi qđ ignoro. Qđ aũt ignoro: nec memini nec volo. Quicqd itaqz itelligibiliũ nõ itelligo: ɔsequẽter etiã nõ memini nec volo. Quicqd aũt intelligibiliũ memini ꝛ volo: ɔsequẽter itelligo. Volũtas etiã mea totã itelligẽtiã totãqz memoriaz meã capit dũ toto vtor qđ itelligo ꝛ memini. Quapropter qñ inuicẽ a singulis: ꝛ tota ois capiunt: equalia sunt tota singula totis singulis: ꝛ tota singula simul omnibus totis: ꝛ hec tria vnũ: vna vita: vna mẽs: vna essentia.

De q̄rẽda imagine trinitatis etiam in his q̄ aia ex corporis sensibus ɔcipit. Capitu. xij.

Iam ne igit ascẽdẽdũ est q̄libuscũqz itẽtiõis virib⁹ ad illã sũmã ꝛ altissimaz essentiã: cui⁹ ipar imago est humana mens: sed tamen imago: an adhuc eadẽ tria distinctius declaranda sunt in anima: per illa que extrinsecus sensu corporis capimus: vbi tẽporaliter imprimit rerũ corporeaꝝ noticia. Mentẽ qppe ipsam in memoria ꝛ intelligẽtia ꝛ voluntatem sui met ipsius talem reperiamus: vt qm̃ semp se nosse semperqz seipsam velle cõprehendebat: simul etiã semp sui meminisse: semperqz seipsam intelligere: ꝛ amare cõprehenderetur: qꝫuis nõ semp se cogitare discretaz ab eis que nõ sunt qđ ipsa est: ac per hoc difficile in ea dinoscit memoria sui: ꝛ intelligẽtia sui. Qua si eniz nõ sunt hec duo: ſ3 vnũ duobus vocabulis appellet. sic apparet in ea re vbi valde ista ɔiuncta sunt ꝛ aliud alio nullo p̄cedũt tpe. amorqz ipe nõ ita

sentiť esse: cū eū nō prodit indigētia: qm̄ non
sempˀ p̄sto est qꝺ amať. Quapropter etiaȝ tar
dioribus dilucescere hec p̄nt dū ea tractanť:
que ad animū tp̄e accedūt: ⁊ q̄ illi tp̄aliter acci
dunt: cū meminit qꝺ antea nō meminerat: ⁊
cū videt qꝺ antea nō videbat: ⁊ cuȝ amat qꝺ
antea nō amabat. Sed aliud hec tractatio iaȝ
poscit exordiū: ꝓpter huius libelli modum.

Explicit liber decimus.

Incipiūt capitula libri vndecimi.

Incipit liber vndecimus.

De imagine trinitatꝭ ēt i eo qꝺ imago dei ñ est. id est in hoie exteriore q̄renda. Ca. j.

Nemini dubium est sicut interiorem hominem intelligentia
n sic exteriorez sensu corporis p̄ditum. Nitamur igitur si possumus in hoc quoqȝ exteriore
indagare qualecunqȝ vestigiū trinitatis: nō
Colo. 3 q² ⁊ ipse eodē mō sit imago dei. Manifesta
est q̄ppe apostolica sn̄ia: q̄ interiorē hominē
reuocari dei agnitiōe declarat: ꝭm imaginez
